




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1457 8°








Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1457 8°





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1457 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1457 8°



52-14  
1

DA BOX


LN 1457

M



Save fra København  
Museum 1925.






CONFABVLATIONES TYRONVM LITERARIORVM AD AMVS-

*sim colloquiorum Erasmi Roterdami, Autore Hermanno Schotternio Hefso.*

AB AVTORE RECOGNITA & AUCTA.


TRIGINTA CONVIVIIS  
*lepidissimis.*



1015 2107  
HAFNIÆ,  
IMPRESSIT LAURENTIUS BENEDICTIJS

1576.








HERMANVS SCHOT  
TENNIVS HESSVS

candido lectori.

 *Um nuper hasce conderem nugas pueri-  
les, candide Lector, in eorum usum  
qui sub mea agunt ferula, ilicò exorie-  
bantur nonnulli (nescio an amore vel  
odio ducti) qui dicerent se satis admi-  
rari non posse, edendi colloquia prouinciam me velle  
subire, post Erasmum illum Germaniæ decus, & lite-  
rarum verarum vindicem nostrâ ætate, cuius colloquia  
omnium iuuenum palatis satisfacerent. Horum sto-  
macho paucis respondere lubet. Admiror ego rursus ip-  
sos qui credant nihil me audere debere in confabulatio-  
nibus nouis componendis, ob Erasmi autoritatem. Non-  
nè in literario munere multos in eandem arenâ descen-  
dissè legimus? Neque absterritus ob id, quod alij, albis  
(vt aiunt) equis præcesserint? Nam, vt inquit Cicero  
in Oratore ad Brutum, quod in Poëtis Græcis non solè  
Homero est locus, aut Archilocho, aut Sophocli, aut  
Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secun-  
dos. Neque uerò in Philosophia Aristotelem à scribendo  
deterruit amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles ad-  
mirabili scientia & copia caterorum, studia restrin-  
xit. Demosthenes quamuis Græcorum Oratorum ex-  
cellentior esset, multi tamen alij, eo tempore viguerunt  
neque postea defecerunt. Quare & ego semipaganus, ac  
in literis, camelus saltans, ausus sum, post Erasmum,*

A 2

collo-



colloquia Tyronum literariorum conscribere, quae si non optima reddidi, contentus saltem ipsa vel optimis proxima censeari. Solum enim hac in meorum condiscipulorum usum composui, & illorum quorum ingenia humi repunt, ad latinum sermonem, nondum, neq; à limine salutarunt, neq; primoribus labijs attigerunt.

ET GENERE ET MORIBVS ADO-  
lescenti ingenuo Gysberto Sterckerbeng, Her-  
mannus Schottennius Hesus.

S. P. D.

PLatonem quondam discipuli rogitarunt, vt ea quae  
ipsis lectionibus varijs tradidisset, in vnum reuol-  
ueret volumen, quorum precibus philosophiae praeceptor  
ille diuinus, facile consensit, conscribens libros con-  
plures in philosophiae consecutionem. Huius ego exci-  
tatus exemplo, vt fidus aestimarer ingeniorum sagina-  
tor, latinas locutiones, quas haectenus satis abunde tibi  
tuisq; commilitationibus literarijs dictavi, in vnum hunc  
confabulationum libellum congesi, quo tuam Minei-  
nam latinè loquendi copia irrigarem, vt quandoq; eli-  
matio reddita, patris tui, viri prudentissimi mihi ami-  
cissimi, expectationi, de te, tuisq; alijs duobus fratribus  
Ioanne & Matthia, respondeat. A cuius vestigijs te de-  
generare turpissimum certè esset, huius vt votis auscul-  
tes (feruide .s. amplectendo literas) æquissimum erit,  
tibiq; multò magis, quam ipsi conducet. Et vt facilius  
emergas tu, ceteriq; tui fratres & sorores, neq; vnquam  
eegestate obruamini, ipse pater vester virtutum verum  
domi-



domicilium, huius inclitæ vrbis Agrippinæ, de albo se-  
natorium prudentia nulli secundus, omni conatu omne  
mouendo saxum, etiam & cœlibem ducendo vitam, id  
unicum agit quo te tuosq; fratres & sorores ditet, locu-  
pletet, vobis vt congerat reliquæ vitæ com meatum.  
Suis igitur, Gysberte discipule dilectissime, expectatio-  
nibus rogo respondeas, tunc autem respondebis, si scien-  
tia & virtute te pulchrè ornaueris. Vale Gysberte  
ornatissime, ac cum tuis commilitonibus alijs, mihi  
discipulus strennuè studeas. Animus mihi est litera-  
tos vos euehere viros, vobis animus sit velle proficere.  
Faxit Deus vt vtrumq; vtrinquè benè succedat. Ite-  
rum vale. Colonia ex adibus meis. Idus Kal. Martias,  
Anno. M. D. XXV.

DIFFICILE ESSE LATINVM DI-  
scere sermonem, & vnde dicatur sermo latinus.  
Albertus & Antonius.

**Q**uid tu hic terrarum geris? AN. Hic literis  
Cucumbo. AL. Quando venisti huc? AN.  
Ante paucos dies. AL. Quis tecum? AN.  
Pater meus. AL. Redijt ipse deinde solus in patriam?  
AN. Non, sed habuit comitem vnum aut alterum.  
AL. Qui isti fuerunt? AN. Nostri conciuēs fue-  
runt. AL. Militas in schola sermonis latini vel ger-  
manici? AN. Latine lingue. AL. Difficile est  
addiscere latinum sermonem. AN. Consentio. AL.  
Nisi quis semper loquatur latine agrè addiscet. AN.  
Non dissentio. AL. Sed nescis ne, quare dicatur lingua  
A 3 latina.



latina. *AN.* Credo quod ab Italia, quæ quondam Latium est dicta. *AL.* Venit tunc ab Italia lingua Latina ad nos Germanos? *AL.* Ita, ignoras illud? *AL.* Optimè credo, quia sermo Italarum est medius latinus. *AN.* Non aberras. *AL.* Sed cur Italia olim est dicta Latium? *AN.* Quia Poëtæ scribunt dum Saturnus à suo filio Ioue è cælo esset expulsus, tum latuit in Italia, inde à latendo dicitur Latium. Et à Latinus, a, um. *AL.* Vbi in Italia latina lingua est orta? *AN.* Dicunt in vrbe Romana, quæ Italiæ caput est.

### DE SALVTATIONE MATVTINA,

*Vilhelmus & Volfgangus.*

**B**onum mane. *Volff.* Semper sane. *Vil.* Sic ipse non responderem. *Volff.* Cur non? *Vil.* Quia barbarum est, & doctis displicet. *Volff.* Tamen multos sacerdotes ita fari audiui, verum tu dic, si nosti elegantius. *Vil.* Et tibi quoq; dicerem. *Volff.* Et ita post hac responsum salutandi dabo. *Vil.* Bonus vel bona dies. *Volff.* Et tibi. *Vil.* Precor tibi hunc diem candidum. *Volff.* Tibi quoq; & talem rursus precor. *Vil.* Fœlix sit tibi huius diei exordium. *Volff.* Et tibi quoq;. *Vil.* Opto tibi diem fœlicem. *Volff.* Eiusmodi & tibi opto vicissim. *Vil.* Candidus sit tibi hic dies. *Volff.* Tibi etiam. *Vil.* Precor vt hoc die tibi prosperè succedant omnia. *Volff.* Rursus & tibi fiat istud. *Vil.* Opto vt hodiè tibi nihil accidat mali. *Volff.* Non aliud & ego opto tibi. *Vil.* Auspicatum tibi diem precor. *Volff.* Non in auspicatum tibi per vices precor. *Vil.*  
Faxit



*Faxit Deus vt hic dies tibi candidus illuxerit. Volf: Idem faciat vt talis sit tibi. Vil: Fœlici omine hic dies te afficiat. Volf: Te pariter. Vil: Fortunatus praesens sit tibi dies. Volf: Sit tibi non infortunatus.*

### **DE SALVTATIONE POMERIDIANA.**

*Petrus & Cornelius.*

**S**alue. Cor: Salue & tu. Pet: Sis saluus. Cor: Saluus sis tu quoq. Pet: Sis salutatus. Cor: Tu pariter. Pet: Salutem tibi precor. Cor: Eandem & tibi opto. Pet: Salute te impertior. Cor: Ego quoq. te. Pet: Salus sit tibi. Cor: Et tibi non desit. Pet: Salutem opto vt habeas. Cor: Eam precor habeas & tu. Pet: Adsit tibi salus. Cor: Et tibi absit minimè. Pet: Iubeo te saluere. Cor: Te quoq. ego. Pet: Iubeo vt saluus sis. Cor: Talem iubeo & ego te esse. Pet: Iubeo te salute frui. Cor: Et ea te potiri opto. Pet: Salutifera sit tibi fortuna. Cor: Et talis tibi adsit. Pet: Saluam & incolumen vitam habeas. Cor: Talem habeas & tu. Pet: Salute te afficio. Cor: Ego vicissim & te. Pet: Adeo te salute. Cor: Id facio & ego. Pet: Salute adorior. Cor: Non aliter & ego te. Pet: Saluum te esse toto cupio animo. Cor: Et ego in felicem te non esse desidero. Pet: Fœlicitatis particeps sis, anbelo. Cor: Totus & tu sis fœlix. Pet: Secunda tibi sint omnia. Cor: Tibi etiam secunda adueniant singula, & ex sententia.

### **DE SALVTATIONE VESPERTINA.**

*Ioannes & Gysbertus.*

**B**onus vesper. Gys: Et tibi. Io: Bonum serum. Gys.

*A 4*

*Sic*



Sic ego non loquerer. IO: Quare? GY: Quia serum  
 significat tardè & non tempus vespertinum IO. Ta-  
 men Capnion in Comœdia prima dicit: Vxor, bonum se-  
 rum. GY: Id ioco dicitur, & qui loquitur est homo vil-  
 lanus, imperitus. IO: Est ne dicendum, Bonum vesper?  
 GY: Non, sed bonus. IO: Tamen sic olim loquebantur,  
 & adhuc quidam senes. GY: Quid tum, nunc non licet  
 apud doctos. IO: Precor sit fœlix tempus vespertinũ. GY:  
 Idem & tibi opto. IO: Fœlicem noctem & tibi opto.  
 GY: Talem & tibi precor. IO: Auspicata sit tibi nox.  
 GY: Non alia sit & tibi. IO: Faustam habeas noctem.  
 GY: Tu quoq, IO: Fortunatum tibi sit tempus noctur-  
 num. GY: Et tibi non infortunatum. IO: Candidam  
 tibi opto noctem. GY: Et ego non sinistram tibi precor.  
 IO: Prospera sit tibi nox imminens. GY: Tibi etiam non  
 infœlix. IO: Vespertinum tibi commodet tempus. GY:  
 Et tibi non incommodet.

DE VERBIS DVM ITVR CVBI-  
 tum. Valterus & Adrianus.

QVota est hora? ADRI. Octava. VAL. Quotam  
 horam sonuit? ADR. Octavam. VAL. Quota  
 est audita hora? ADR. Octava, & nona imminet.  
 VAL. Id non credo. ADR. Verum est per Herculem.  
 VAL. Tunc eundi cubitum tempus est. ADR. Ego  
 nondum dormiturio. VA. Me autem somnus oppidò vr-  
 get. ADR. Ipse adhuc horam vnam aut alteram vigi-  
 larem. VA. Vigila tu quo ad placuerit, ego cubitum  
 ibo. ADR. Abi tu Eudimion. VAL. Ita me appellas?  
 sed



sed id nominis rectius tibi conuenit. ADR. Res ipsa  
nunc loquitur, quis maior sit Endimion & Epimenides.  
VA. Tu aliàs semper prius me te cubitum confers. AD.  
Istud posthac non fiet. VA. O insigne mendacium. AD.  
Voco te in pignus quodcumq; VA. Nihil habeo quod te  
pignam. AD. Nunc, si vnquam prior te lectum  
eris, solidum pendam. VA. Qualem solidum? an  
valem, qualem praeceptor noster praebet ferula? AD.  
Non, sed pecuniae solidum. VA. Age, placet, memor  
ero. AD. At istud facias.

### DE CVBITV RESVRGENDO.

Volfgangus & Georgius.

**H**Eus tu expergiscere. GE. Hui, sine vt dormiam.  
VOL. Non sinam te dormire longius. GEOR.  
Quare? VOL. Quia surgendi tempus est. GEOR.  
Nondum tamen diluxit. VOL. Lux non est amplius  
expectanda. GE. Tamen ante dies octo horam sextam in  
luce sonuit. VOL. Credo, sed interim dies diminutus est.  
GE. Quomodo tam cito? VOL. Nunc pauca loquere  
& surge. GE. Surge tu prior. VOL. Faciam, sed postea  
te non expectabo. GE. Fac vt lubet, & mihi ad scho-  
lam nota est via. VOL. Verum ego lucernam mecum  
feram tum tibi in tenebris est eundem. GE. Id parum  
refert, Lyncei mihi sunt oculi. VOL. Nunc surge vt  
vna eamus. GE. Absi liceret mihi adhuc mori ventum  
stertere. VOL. Tandem tamen oporteret te certidum de-  
serere nidum. GE. Post semihoram ac lu-ens surgerem.  
VOL. Surge nunc & vespere eodius lectum repetas.

A;

GE.



GE. *Æstimas id consultum probè. VOL. Ita mea fert opinio. GE. Parebo igitur tibi ac surgam.*

### DE IENTACULO SUMENDO.

*Hermannus & Laurentius.*

**Q***uid sibi vult celer tuus gressus? LAU. Qui queris? Her: Quero quò tendas tam cito? LAU: Domum versus. Her: Quid istuc est, quod te properare cogit? LAU: Ientaculum nunc ibi sumitur, quod negligam, si mox non assuero. Her: Non expectant te serui ientando? LAU: Expectant quidem, sed patina exinanita. Her: Non tum coquina ministra aliud tibi parat ientaculum? LAU: Minime, citius fustem mihi offert, tam serò venienti. Her: Cogaris tunc esurire ad prandium vsq? LAU: Non prorsus. Her: Quid cum ientaris? LAU: Panem cui pro obsonio addo caseum. Her: Non iuuat te id ientaculi. LAU: Non quantum panis iuulentus. Her: O delicatum, & miseriæ expertem. LAU: Nescis fruendum esse fortuna dum præstò est. Her: Bellè scio, sed delicata iuuentus, omni ætati nocet. LAU: Iuuentus mea etiam non adeò laute alitur. Her: Nunc sat est verborum, tu abi, ne te morer. LAU: Abeo, tu vale. Her: Sis mei memor dum ex voto tibi succedit. LAU: Non intermittam.*

### DE PRANDIO.

*Theodoricus & Baptista.*

**Q***uid ita n̄ æsto. es vultu? Bap: Miraris hoc? The: Quid n̄ mirarer? laboras ne morbo? Bap: Ita*



Ita morbo stomachi, quia fortiter esurio. The: Nondum es ientatus? Bap: Essem ientatus cum sit ieiunium? The: Seruas ne tu ieiunium? Bap: Non obseruarem, magis certè quàm lubeat. The: Sis bono animo, mox aderit prandij hora. Bap: O vtinam adesset, quam ego vellem. The: Expecta, iam audies horam vndecimam. Bap: O si illam audirem, hunc roderem panem. The: Prandebis ne ad nudum panem. Bap: Non, sed id ipsum ederem, quoad melius consequerer. The: Quid obsonij domi vestrae paratum est in prandium. Bap: Æstimo olus, oua, & halec vnum aut alterum. The: Expecta te etiam isto cibo. Bap: Vtiq, olere voragine ventris impleo. The: Quot oua peredis? Bap: Non quam plura nisi duo. The: Addis ouis etiam halec? Bap: Addo, & quidem integrum si tostum est. The: Quid te delectat halec erutum salsugine? Bap: Ab isto nausco. The: Quid tum iuuat te halec elixum? Bap: Vtuncq, præfero tamen tostum.

## DE VICTV POMERIDIANO.

Ludouicus & Ioannes.

**C**Ur ita altè suspiria ducis? Ioan. Pudet me dicere causam. Lud: Credo quod domum cogitas. Io: Pene rem acu tetigisti. Lud: Urgeris ne siti? Io: Ita, sed & fame. Lu: Nondum fortè prandisti? Io: Prandi vtiq, sed modicè. Lu: Fuit vobis prandium adeò exiguum? Io: Fuit, quia foris prandebant parentes. Lud: Non sat habuistis panis & casei? Io: Habuimus quidem, sed isto non capior cibo. Lud: Sumes  
iam



iam domi cibum merendinarium? IO. Sumam Deo  
fauente. LV: Erit lautior quam meridiei fuit obso-  
nium? IO. Ita spero, si mater domi fuerit. LV.  
Quid ipsius tu eges presentia? IO. E promptuario cibi,  
aliquid carnis mihi largietur. LV. Ut audio, caro do-  
mi vestrae occluditur. IO. Occluditur, sed non prandij  
vel cœnae tempore, dum parentes adsunt. LV. Sed dum  
absunt, forte occlusa seruat. IO. Nunquam. LV. O  
miseram vestram familiam, cui carnes denegantur in-  
terdum. IO. Non est misera sat habet alimenti. LV. Sed  
ad merendam & ientaculum nihil habet carnis. IO.  
Istud facile est toleratu, nescis tenuem tunc temporis  
esse cibum, aliàs in cœna vel prandio nihil ha-  
mus esuriei, neq, ad edendum essemus alacres.

#### D E C O E N A.

Petrus & Valterus.

Salue, ut tecum agitur? VA. Et tu salue, agitur  
mecum prosperè, gratia superis. PE. Id lubens au-  
dio. VA. Gratiam habeas. PE. Vbi toto latuisti die?  
VA. Nusquam nisi in ludo literario. PE. Esset mihi  
quod tecum loquerer, si vacaret. VA. Certè modo va-  
cat minimè. PE. Qui sic? VA. Nox imminet, domum  
mibi eundem est illicò. PE. Domi quid ages? VA.  
Cœnabo cum parentibus. PE. Non licet tibi paucillum  
morari? VA. Non, si saltem plagas vitare volo.  
PE. Fortassis tuum est mensam sternere. VA. Est, si-  
mul & ad cyathos stare. PE. Non facit famula ista mu-  
nera? VA. Non, sed in culina agenda exequitur. PE.

Cœnam



Cœnant parentes tui semper domi? VA. Ita, Verum  
prudent quandoq; foris. PE. Nunquam vocantur &  
interdum aliò ad cœnam? VA. Persapè, sed venire re-  
nuunt. PE: Quamobrem recusant? VA. Timent noctu  
plateas emetiri. PE. Vanè timent. VA. Nequaquam,  
nescis noctem nihil boni, sed saepe pugnos asferre.

## DE POSTCŒNIO.

Cornelius & Adrianus.

**O** Utinam nox præstò esset. AD: Cur id velles?  
COR: Quia delicati aliquid edulij edam. AD:  
Vbi, domi vestræ? COR: Non, sed alibi. AD: Vbi  
nam, dic amabo, mi Corneli? COR: Dicam, sed tibi  
nil conferet. AD: Quid tum, gestio tamen audire.  
COR: Arrige igitur aures. AD: Faciam sedulò.  
COR: Parentes mei sunt vocati ad dubiam cœnam,  
quàm postcœnium appellitant. AD: Quid ibi tu fru-  
gis speras? COR: Permultum sanè. AD: De quo me  
certiorem reddas. COR: Lucernam feram istuc, vt  
domum versus reducam parentes. AD: Tum tibi for-  
tè ante limen tibi opperiendum erit? COR: Non sed  
intromittor, quia ædium custodem nosco. AD: Intro-  
missus quò concedis? COR: Mensam accedo, cui paren-  
tes accumbunt, ibi bolum opiparum consequor. AD:  
E parentum manu? COR: Ita, & quidem largiter  
saccarum, mellitissimumq; potum. AD: O si tum tibi  
adessem, sed oro vt mihi saccari bucellam serues. COR:  
Pollicor tibi, si ipse non totum absumpsero. AD: Fac  
te amicum experiar.

DE



## DE POTV POSTREMO

A cœna.

Quirinus & Nicolaus.

**V**T sic sedes mutanti capite? Ni: Dormituro. Qui: Certè non dormiturus, sed iam dormis. Ni: Fortassis. Qui: Quin surge & cubitum perge. Ni: Congredere mihi. Qui: Cur me comitem petis, timès ne lemures? Ni: Non, sed lectus friget. Qui: Ventris anhelitu ipsum tepeface. Ni: Nequeo, quia rapas cœnatus non sum. Qui: I præ, postquam denuò bibero sequar. Ni: Mihi quoque palatum adhuc aret. Qui: Mane eo eductum haustum postremum à cœna. Ni: Manebo, sed velox redi. Qui: Promamne plusculum tui gratia? Ni: Sic facito. Qui: En, hic affero. Ni: Gratum mihi est. Qui: Sed præbibere est meum. Ni: Non displicet mihi. Qui: Medium tibi propino. Ni: Profit, sed non exhaustas totum. Qui: Ne dubita, sat tibi reliquum sinam. Ni: Nunc bibere acutum. Qui: Vides plus tibi relictum quàm à me potatum. Ni: Video, rursum tecum partiar. Qui: Non admodum moror, si lubet exiccat. Ni: Nimum est quàm quod ebibere possem.

## DE INVITATIONE AD

Ientaculum.

Crato & Michael.

**O** Te miserum hominem. Mich: Quid me miserum vocas? Cra: Quia domus tua hinc longè distat,  
non



non potes ientari. Mich: Assuetus sum ad prandium  
vsq; famem suspendere. Cra: Id certè meo non arrideret  
stomacho. Nic: Tu etiam in ipso nido ederes. Cra: Si  
esuris veni mecum ientatum. Mich: Istud tibi cordi  
non est. Cra: Serò loquor, comitare me. Mich: Sed quid  
mater tuâ dicet. Cra: Ipsa aberit ab ædibus. Mi: Nunc  
lubet tibi congregari. Cra: Sed id tibi prædico, præter pa-  
nem iurulentum habebimus nihil edulij. Mi: Credo,  
quia fortassis caro nondum erit percotta. Cra: Rectè  
conijcis. Mich: Instruit famula tam serò focum? Cra:  
Ita, quia non nisi vndecima hora accumbimus mensæ.  
Mi. Cur tam sero? Cra: Quia non citius pater à negotio-  
rum executione domum redit. Mi: Non prandetis nisi  
ipse præstò fuerit? Cra: Essemus adeò inciuiles, quod  
ipsum non operiremur. Mi: Istud non suspicabar. Cra:  
Nunc ingrediemur, ne coquina ministra ientaculo nos  
maneat. Mich: I præ, sequar.

## INVITANDI ALIUM AD prandium.

Petrus & Georgius.

**T**Empore pomeridiano gymnasio nostro non interero.  
Geor: Quid te remorabitur? Pet: Vocandi mihi  
erunt conuiuiæ in crastinum prandium. Ge: Quî fit,  
quod conuiuias inuitatis? Pet: Bouem mactauimus,  
ad intestina hospites tractabimus. Geo: Etiam & me?  
Pet: Si non est tibi lautior mensa, venias. Geo: Um-  
bra sum, nolo. Pet: Emaneres idè? Geo: Ita, nam  
vmbra



umbris non est parata sedes. PE: Ignoras conuiuam  
subitum & improuisum, nonnunquam vocato esse ac-  
ceptiorem. GE: Apud paucos tertè. PE: Parentes mei  
omnes ex æquo tractant & excipiunt conuiuas. GE:  
Nosti tu parentum cogitatus? PE: Ego opera eorum,  
& mentis perpendo recessus. GE: Sape aliud foris &  
aliud corde habent homines. PE: Talia de meis desine  
parentibus suspicari. GE: Esto, faciam. PE: Adtutum  
cras decimam postquam sonuerit venias. Domi nostræ  
nil plus dicas quam parentes saluta. GE: Essem aded  
inciuis. PE: Te à me inuitatum loquitor. GE: Fa-  
ciam, tum audacior ero, ingrediendo domum, & ad  
mensam edendo ac bibendo.

### VOCANDI ALIUM AD CIBUM

Pomeridianum.

Antonius & Albertus.

**Q**uid in sinu geris aded turgidum? AL: Cibum  
merendinarium. AN: Certè prouidus es, quod  
esuriem futuram præmeditaris. AL: Non & tu quip-  
piam alimenti tecum tulisti? AN: Mehercle, non bo-  
lum quidem. AL: Fortè memoriæ tuæ non obrepit.  
AN: Non soleo à prandio cibum ferre mecum in lu-  
dum literarium? AL: Si furis, tecum hunc panem  
partiar. AN: Vix tibi soli sufficit. AL: Æstimas me  
vulturem esse? AN: Non, sed ipse ieiunus, istum pa-  
nem vno deuorarem rictu. AL: En accipe dimidiatum  
ipsum AN: Huius, tantum non expeto. AL: Casei,  
quantum lubet ede. AN: Comede & tu. AL: Non  
admo-

admo  
Al: Fe  
non so  
An:  
Parit  
tum..  
lix ti  
Eam

VÓ

C

mo.  
cena  
mibi  
cum  
dem  
celer  
ocyn  
lox.  
pare  
que  
Her  
Io:  
Her  
rare  
præ  
ni-ti



admodum esurio. AN: Tamen edendo sis mihi comes.  
Al: Faciam, ne cibus tibi venenatus videatur. An: Istud  
non soleo vereri. Al: Ut tuū delectat palatum caseus iste?  
An: Optime, nam pinguedine affatim est conditus. Al:  
Parit ne tibi sitim? An: Paululum exsiccat mihi pala-  
tum. Al: Ex hac lingnea lagena tibi propino. An: Sit fœ-  
lix tibi bibenti. Al: Cereuisia est nostra domestica. An:  
Eam malo, quàm quæ vulgò venit.

### VOCANDI ALIUM AD COENAM.

Iohannes filius ciuis. Henricus aliò oriundus.

**C**ondixisti ne alicui hodiè cœnam? Hen: Nemini. Io:  
Neque aliquis tibi obtulit? Hen: Nemo, hercle ne-  
mo. Io: Cœnabis tum domi tuæ? Hen: Domi meæ non  
cœnabo, sed ieiunabo. Io: Qui fit hoc? Hen: Quia nihil  
mihi est quod edam. Io: Parentes mei rogant vt nobis-  
cum cœnam sumas. Hen: Vellem te vera loqui. Io: Fi-  
dem mihi habeas. Hen: Esto, do fidem. Io: Eas igitur  
celerrimè. Hen: Vt præcesseris, ita & sequar. Io: Veni  
ocys, mensa est instructa obsonijs. Hen: Venio, ac ve-  
lox. Io: Rogo ad mensam ne quid mali de me loquaris  
parentibus. Hen: Securus esto, delator non sum. Io: Si  
quærent parentes an in literis progrediar, quid dices?  
Hen: Afferam te omnibus alyis in literis feruentiorem.  
Io: Si secus dixeris, postremum me amicum habuisti.  
Hen: Ad mensam non soleo garrere, sed stomachum cu-  
rare. Io: Fac tu edas fortiter, ne verere ob parentum  
præsentiam. Hen: In mensa frontem perfrico. Io: Sat vi-  
ni tibi in calicem largiar, tu vide vt ebibas. Hen: Vinum

B

non



non miror; si cereuisia in promptu est. Io: Nescis vinum  
modicè sumptum acuerè ingenium? Hen: Ingenium me-  
um plus enecat vini potus, quam excitat. Io: Bibendo  
fortè modum excedis, sed ingredi ne cœnando moremur  
parentes. Her: Præcede, vt dignum est.

## DE MODO STUDENDI.

Thylimannus & Martinus.

**V**bi lates, quod nusquam proripis? Mar. Semper do-  
ni ad libros. Thy: Assides continuò libris? Mar:  
Assideo vtiq;. Thy: Vide ne quid immodico te affligas  
studio. Ma: Id minimè timeo. Thy: Multi qui in studio  
modum excedunt, tandem desipiunt. Ma: Id præcauebo,  
ne quid desipiam. Thy: Vigilandum est tibi prouidè. Ma:  
Non tantum me macero literis. Thy: Amentia illa etiam  
quandò oritur ex tenui victu. Ma: Non est mihi vi-  
ctus parcus. Thy: Assiduitatem tuam in literis laudo.  
Ma: Nunc nasome suspendis. Thy: Moriar, si non ex ani-  
mo loquor. Ma: Concedo, is optimus in studio est modus,  
vt quis laboret, quò indies alios assequatur scientia. Ma:  
Id ego conor sedulo. Thy: Pudendum est, dum scientia ab  
alio vincimur. Ma: Nusquam pot est maior habendus  
pudor. Th: Multos tamen nihil pudet esse indoctos. Ma:  
Horum est salus desperanda. Th: Sed quis tibi studendi  
est modus. Ma: Indies aliquid addisco. Th: Id si per an-  
num feceris, non parum coaceruabis scientiæ. Mar: Istud  
exitus ostendit anni. Thy: Vide, ne ante anni egressum  
repescas. Ma: Istud Dij auertant, quod deserueam discen-  
do. Thy: Accidit plerunq; initio calescentibus, vt indies  
frigidus laborent.

DE



## DE EPISTOLA CONFICIENDA.

Leo & Nicolaus.

**V**T sic sedes labia mordens? Ni: Epistolam vulgarem verto latine. Leo: Opus est tibi conatu tanto in epistola conficienda? Ni: Est & quidem perdifficill. Leo: Ego dicto citius epistolam in latinum commuto. Ni: Credo, sed admodum impolite. Le: Non curo an polita ineperta sit. Ni: Cur id parvipendis? Leo: Quia praeceptor adhibet limam. Ni: Tamen puderet me, alios audire tam inelegantem meam epistolam. Leo: In isto perfricui frontem. Ni: Hui, quid loqueris? non pudet inscitiae? Leo: Non pudet me istius, quod etiam doctis usu venit. Ni: Quid istuc est. Leo: Quod eorum emendantur scripta. Ni: Ut cunq; sit, dedecus est lapsum esse. Leo: Cudis tu epistolam ubiq; politam? Ni: Id certè si non facio, labora tamen pro viribus. Leo: Est id satis, pro viribus laborasse, dum nihil exit egregij? Ni: Ita, quia in magnis (ut aiunt) voluisse sat est. Leo: Posthac in epistola diligentior etiam ero. Ni: Id faxit Deus. Leo: Si lubet certemus, quis in epistola scribenda excellat vel facundior sit. Ni: Assumo provinciam. Leo: Ego glaciem secabo. Ni: Quid hoc prouerbij est? Leo: Adagium est, significans primum rem aliquam experiar. Ni: Et ego te sequar, literisq; meis tibi obstrepam.

## DE REPETENDA LECTIONE.

Gosuinus & Matthaeus.

**Q**uid à coena tibi domi est negocij? Mat: Appetis id scire? Go: Appeto oppido, ideo sciscitor, Ma: Arrige aures,

B 2

aures,



aures, non te celabo. Go: Arrigo sedulo, effare. Mat: Cibo recondito expatior, vel colloquor parentibus pauculis. Go: Quid istis colloqueris? Mat: Varia sunt verba & precipue si quae iucunda per diem didici. Go: Ut audio, tu parentes doces vesperi quod ipse per diem didicisti. Mat: Non doceo eos, sed dicto aliquo lepidio eos delector. Go: Transigis totam vesperam istis colloquijs? Mat: Non, sed semi fortassis horam. Go: Quid operis deinde tibi sumis? Mat: Per diem in ludo literario audita, ruminio. Go: Quo id facis modo, cum solus sis? Mat: Perlego subinde, vbi ignoro sciscito altero mane a peritiore. Go: Velles me repetendo te Theseum habere? Mat: Malleim si consequi possem. Go: Quid si me comitem susciperes? Mat: Arrideret mihi. Go: Si hospitio parentet tui me vellet immunem habere. Mat: Nihil libentius facerent, mei gratia. Go: O quam feruide lectiones repetere velimus. Mat: Certè manibus & pedibus discere velimus. Go: Certaremus ante cubitum, quis eo die didicisset vberius. Mat: Hic ego semper tibi cederem. Go: Quisq; laborare deberet, vt vinceret. Mat: Vtique, nam vinci turpissimum est, in literis precipue.

### DE CORICÆI METV AVSCVLTANTIS

in eos, qui non Romano vtuntur sermone.

Erasmus & Valtricus.

**H**Em qui sic loqueris? Vd: Vt loquor. Er: Est ne sic sermo habendus? Vd: Cur non? ita mater me insti-



instituit. Er: Nesci ne, nobis interdicta esse verba quæ  
à matre didicimus? Vd: Quibus tum utemur? Er:  
Latinis vel Romanis. Vd: Quis id sanciuit. Er: Præ-  
ceptor constituit coricæos in eos, qui non latine sonant.  
Vd: Quid facient illi, qui latini sunt expertes? Er: Hi  
aut silebunt, aut ut possunt, latina proferent. Vd: Sed  
quid iuuat, malè latine fari? Er: Qui loquendo delirat,  
ab eruditione debet instrui. Vd: Id æquum est. Er: Ti-  
meo mihi malè à clanculario illo Coricæo. Vd: Ego au-  
tem manum non verterem. Er: Ipse oppidò timeo, quia  
ferulæ podicem subdere oportet. Vd: Cutis mea ad feru-  
lam occalluit? Er: Aliud certè diceres si ad ferulam  
tibi res rodiret. Vd: Quid tum, quando corrigor den-  
tes comprimo, quod ictus non sentio. Er: Ego conabor,  
ut caligæ meæ ligulis sint constrictæ diploidi. Vd: Non  
solet præceptor ligulas cultro soluere? Er: Nondum vi-  
sum est mihi. Vd: Sed mihi sæpiusculè contigit. Er:  
Fortassis iste præceptor tuus fuit plagosus? Vd: Imò,  
senior Orbilio.

## DE SOMNO PLUS ÆQVO EXTENSO.

Vinandus & Sebastianus.

**H**ic nos miseros, quid faciemus nunc? Se: Quia  
sic eiulas? Vi: Quid ni eiularem? Surgendi hora  
præterijt. Se: Quam horam putas? Vi: Sextam, qua  
schola inuisenda est. Se: Sis bono animo ea nondum  
sonuit. Vi: Sonuit certè diu. Se: Id mihi non persuade-  
bis. Vi: Si scholam accesserimus, tum ferulam nancif-  
cemur. Se: Semel nobis indulgebit præceptor. Vi: In-

B 3

dulsiq



dulsi mihi heri, dicens *Se* ultra non condonaturum. *Se*:  
Nondum mihi condonavit plagam, ideo iam liber ero.  
*Vi*: Pete igitur tu scholam. *Se*: Non es congressurus?  
*Vi*: Non, sed tu emanendi mihi copiam flagita. *Se*: Quid  
causa asseram? *Vi*: Dic me matri negocium facessere.  
*Se*: Timeo, ne postea mater ambos apud præceptorem  
mendacij accuset. *Vi*: Id ne metuas, in me sumam, si  
quid irata fuerit. *Se*: Benè, tu lues, ego minimè. *Vi*:  
Periculum faciam. *Se*: Iaceas aleam, mea nihil re-  
fert. *Vi*: Tu abi, nam appetit septima hora. *Se*: Abeo,  
tu in medium dormias diem. *Vi*: Non herculè, paux-  
illum adhuc quiescam, mox inde erumpam. *Se*: Ego  
hinc discedo, tu pigritiam edormias, sed vide ne cum  
periculo. *Vi*: Ferula ictum non timeo, vulnera non  
infligit.

DE MORBO SOCORDIÆ,  
quem scholasticis ascribunt.

Valterus & Petrus.

**S**alue tu Epimenides, cur tam diu Gymnasio non in-  
terfuiisti? *Pe*: Morbus obstitit. *Va*: Morbus? Cuius  
farina fuit. *Pe*: Dolor nempe capitis & ventris. *Va*.  
Coniçio facile quid agritudinis fuerit. *Pe*: Quæ hoc ag-  
noscis, an ne ex facie mea? *Va*: Non quia medicam ar-  
tem non calleo. *Pe*: Unde aliàs percipis? *Va*: Diuino. *Pe*:  
Potes diuinare, amabò die, quam putas fuisse mihi infir-  
mitatem? *Va*: Eam quam ascribunt Scholasticis, scilicet  
desidiam. *Pe*: Minimè, toto cælo aberras. *Va*: Ne inficiàs  
iueris, per Herculem is fuit morbus. *Pe*: Peream, si ille  
fuerit.



Se: fuerit. Va: Esto, sed isto morbo plerumq̄ succumbunt  
ro. scholastici, dum à ludo absunt. Pe: Assentio, sed istius  
is? cohortis ego non sum. Va: Ah, quasi te intus & in cute non  
uid noscerem. Pe: Si talem me aestimas, nondum à vertice ad  
re. pedes me nouisti. Va: Dum me hic occupat morbus, dico  
em matri, me ex intestinorum dolore laborare. Pe: Adhibet  
, si tum fidem tuis dictis? Va: Illicò & in mollem collocat  
Va: lectum, ouorumq̄, sorbiciuncula lauta me reficiens. Pe:  
re. Si talem haberem matrem, sepe me agrum simularem, vt  
eo, sorbiciuncula potirer, & lautis bolis. Va: Ego nonnun-  
ix- quam totus sanus assero me infirmum, dum opipari ali-  
go quid meum palatum suspirat. Pe: Mater mea citius fu-  
ma stem, quam talia mihi praberet. Va: Per Pollucem mi-  
ror, cur Scholastici plus alijs socordia sint obnoxij. Pe: In  
107 promptu causa est, quia à labore feriuntur, eumq̄ fugi-  
unt, & execrantur omnes.

## DE METV FERVLÆ.

Cornelius & Christianus.

QVò tu abis? Chri: Gymnasium literarium versus.  
us Cor: Istuc tibi non congregiar. Chri: Quid te  
a. remoratur vel detinet? Cor: Quia (vt nosti) lectio-  
ig- nibus diu non interfui. Chri: Emanebis ideo? Cor:  
ir- Ita, quia malè mihi metuo à ferula. Chri: Non est tibi  
pe: quid commenti, quo te excuses? Cor: Veri nihil habeo  
ir- quod asseram. Chri: Vera vbi desunt, falsis vtere,  
et quò plagas effugias. Cor: Rogabo fortassis matrem, vt  
as. præceptorem mihi reconciliet. Chri: Id age & illicò re-  
lle deas. Cor: Vereor tamen matrem petere, quia lateb  
it.

B 4

earr



eam illa mea à schola absentia. Ch: Fugit id matrem tuam? vbi locorum tum egisti? Co: Cum nonnullis comilitonibus fui captatū aues. Ch: Proh, quid audio? Es tu auium captator? Co: Non sum, sed captationis spectator. Ch: Iuxta carpendus, vt captatores. Co: Nunc quid faciam consulis, quo ferulam euadam? Ch: Certè consilio vaco. Co: Scio quid faciam. Ch: Quid? Fac audiam. Co: Præceptoris ferulam subibo, ne parentum fustes recipiam. Ch: Id si feroris, prudenter ages. Co: Præstat molles ferulæ plagas sustinere, quam fustium graues morsus. Ch: Istud te sapere arguit, & pituita (vt vulgò fertur) non esse obnoxium. Co: Corneæ fibræ homo esset, qui non acrem ferulam quam virides fustes ferro mallet, si quid commeruisset.

DE EXCVSATIONE ABSENTIÆ A  
ludo literario. Laurentius & Crato.

**Q**ui fiat nescio, hodiè totus à Schola abhorreo. Cra: Ego quoq. Lau: O si liceret iam à libris & læctione nos feriari. Cra: Id perquam vellem. Lau: Periculum faciemus apud præceptorem de impetranda vacatione. Cra: Aegrè impetrabitur ociandi facultas, nam multi fuerunt dies celebres. Lau: Dicemus posthac nos fore feruentiores in literario labore. Cra: Istud verbum apud eum nihil habebit loci. Lau: Vnde hoc nosti? Cra: quia illo verbo sæpè vsi sumus, neq. vnquam factò æquauimus. Lau: Pollicebimur nunc cum periculo cutis. Cra: Arridet mihi, si alijs. Lau: Si ludendi copiam nobis non concedat Præceptor, ipse mihi ferias faciam.  
Cra:



*Cra: Vide, si feceris, ne malè cadat. Lau: Quomodo malè  
caderet? Cra: Quia cras ferulam senties. Lau: Ibi con-  
siliij sum plenus. Cra: Fac & nos participes si quid boni  
consiliij nosti. Lau: Præceptorem adeo vel ipse, vel per  
nuntium, & domi me detineri dico negotio aliquo. Cra:  
Faciamus & id nos quoque nunc, tum vnà expatiabi-  
mur. Cra: Sanciemus inter nos fœdus, vt in Scholis  
nisi alterius asserat verbum. Cra: Placet, sed poena  
dicatur in eum, qui tesseram fregerit. Lau: Poena sit,  
quod è nostro eliminetur consortio. Cra: Ratum sit &  
sancitum, quod loqueris.*

### *QVARE SCHOLA DICATVR LVDVS.*

*Eberhardus & Theodoricus.*

*Q*uorundam verbis aliquando percepi, scholam dici  
ludum, audiisti ne & tu? *The: Audiui sapiuscu-  
lè. Eber: Quid tum censes? Æstimas verum esse? The:  
Neutiquam certè. Eb: Neque ego, cum in ea non luda-  
tur sed percutiatur. The: Tuæ accedo sententiæ. Fortas-  
sis præceptori est ludus, qui ad nutum nos miseros fe-  
rit. The: Istud ludere Eumenides ferant. Eb: Herculè  
Scholam potius pistrinum, quam ludum dicerem. The:  
Verius istud nòminis ipsi conueniret Gymnasio. Eb: Sed  
age, dic causam, cur credis Scholam dictam esse ludum.  
The: Eloquar quantum ab alijs audici. Eb: Ero auditor  
sedulus. The: Vt lusor suo Theseo sepè facetias præbet,  
ita & præceptor animo amico tanquam ludendo doce-  
bit discipulos. Eb: Hoc certè per pauci Scholæ præfecti  
faciunt. The: Nosco certe expertus. Eber: O quam lubens*



Scholas inuiserem, si blandiens esset praeceptor. The: Oportet blandiri diligenti, non desidi & Endimioni, vt tibi. Eb: Miror an plus prodesset discipulis benignitas, vel seueritas praeceptoris. The: Istud non miror vel haereo, nescis libentius nos sequi blandientem quam inuantem? Eb: Habuisti ne vnquam ludimagistrum qui studentis speciem instruendo exhibuit? The: Habui. Eb: In primo quidem studij mei tempore. Eb: Studebas sub istius ferula apprimè diligenter? The: Conatum quem potui discendo adhibui, vt solent elementares pueri, si laudati fuerint & non ad acres tractati virgas. Eb: Mirum est, si studio incaluisti, licentia tamen & blanditijs solemus fieri deteriores, vt Terentius inquit. The: Nihil sceleris nobis permisit praeceptor, sed in discendo nostros conatos laude extulit.

DE DIE QVA OCIIATVR A LECTIO-  
ne. Iohannes & Vdalricus.

**O** Simus hilares sodales charissimi. Vd: Vt sic gestis? Io: Non gestirem hodie, cum à prandio sit nobis ociandum à lectionibus? Vd: Istud & ipsi scimus. Io: Hunc diem foeliciorum omnibus alijs iudico. Vd: Eo nos non parum delectat. Io: Belle post meridiem sol lucebit. Vd: Ita aurora praedixit. Io: Prandij igitur peracta fabula, si omnibus egi cordi vna rusticabimur. Vd: Cui id displiceret? Io: Vel, si vobis visum fuerit in pomerio ludemus. Vd: Parum intererit; quo nos recreemus loco, saltem in schola non desideamus. Io: At adhuc incerti sumus, an à lectione vacabimus. Vd: -Isto



Isto nihil est certius. Io: Si facultas diuagandi nobis dabitur quid agemus scio. Vd: Exprime. Io: Arcum in rus mecum feram, in columbas tela emissurus. Vd: Si velint sagittam tuam morari. Io: Nonnunquam volando ipsas enecavi. Vd: Hoc contigit, perquam raro. Io: Quicquid auium consecutus fuero, commune erit. Id: Age, tum conuiuabimur. Io: Vbi, an in platea ouium, vbi solemus potitare à ludo? Vd: Ibidem torrebimus, aues à te enectas. Sed à symbolo per aues ego immunis ero. Vd: Quicquid biberimus nos pendemus, tu non teruncium dabis. Io: Sin nihil prædæ & spolis sagittæ à me emissæ attulerint, de impendio compotatiunculæ quid fiet? Vd: Compotatiuncula nulla inter nos agetur. Io: Dedeceret à deambulan palatis nos ingredi. Vd: Id laudabilis, quam quod madentes potu, aut nutanti gressu domum parentum repeteremus.

## DE ÆSTATE.

Hermannus & Gysbertus.

**P**Lacet ne tibi mihi congregi rusticatum? Gys: Rusticari nondum cupio. Her: Ego autem anhelomaximè, quia æstatis amœnitas aduenit. Gys: Est tibi æstas, mihi hybernaculum adhuc immoratur. Her: Hui, non pudet te hybernaculo nunc insidere temporis. Gys: Minimè, cum acre sit frigus. Her: Rus hinc abeo, visum quomodo campi floreat. Gys: Abi, me comitem non habebis. Her: Aliquo tamen dierum, quo tibi integrum erit, rus vnà inuisemus. Gys: Si vacauerit,

non



non veniam. Her: Eundem mihi est in campum, latum  
 frondes redolentes. Gy: Tales vix ortas reperies. Her:  
 inueniam complures, nam diu floruerunt. Gy: Deferes  
 ne eas deinde venum, clamando per plateas, hic fron-  
 des redolentes? Her: Aestimias talia me agere? Gy:  
 Quo aliàs feres ipsas? Her: Domum versus, vt ibi no-  
 bis redoleant. Gy: Hoc negocij quis tibi dedit? Her: Ma-  
 ter. Gy: Tum vade, ocius exequere. Her: Satis temporis  
 ad vesperam restat. Gy: Audin tu, hac aestate quid ages,  
 dum nimius fuerit aestus? Her: Domi me in vmbra  
 continebo. Gy: Inamœnum est domi latitare aëre calido  
 & blandienti. Her: Non inficias eo. Gy: Cur tum sub  
 test- domi tempus teris? Her: Oportet per parentes. Gy:  
 uo curiosi & molesti sunt parentes, qui te eo  
 tempore domi coërcent, vt nusquam proripias. Her:  
 Mei commodi sunt solliciti. Gy: Istud domi residere, quid  
 conferre tibi potest? Her: Non parùm prodest. Gy: Ex-  
 plica. Her: Domi cochleæ agendo vitam, calceos non de-  
 tero, neq; à Sole exuror, vt fuscus fiam. Gy: Per Hercu-  
 lem istud multum commodat.

## DE AUTUMNO.

Iaspar & Iacobus.

**A**dest rursus tempus istud pestiferum, & hyemem  
 reducens. Ia: Quod tempus putas? Ias: Autum-  
 nale, cuius hodie primus est dies, festum sancti Bar-  
 tholomæi. Ia: Vocas tu istud tempus pestiferum? Ias:  
 Voco, quia nunquam magis quam hoc tempore, morbo  
 succumbunt homines. Ia: Si verum fateri vis, nullo non  
 tempore



tempore totius anni laboratur doloribus corporis. Ias: Præcipuè tamen autumnii diebus. Ia: Nescio, laus superis ego nunquam infirmitatem sensi in autumno. Ias: Præter istud incommodum, & frugem tamen aliquam secum affert. Ia: In quo est frugifer. Ias: Quia vinum profert. Ia: In hoc certè laudem meretur. Ias: Alia quoque comoda habet. Ia: Quanam? Dic. Ias: Abigit pulices suo frigore, qui nos nocte in æstate verminarunt. Ia: Certè non omnibus illos depellit. Ias: Qui sentiunt pulices in autumno? Ia: Vetulæ mulieres semper sub vestibis quaritant eos. Ias: Apud illos perpetuum habent hospitium. Ia: Adde & pediculi. Ias: Autumnus etiam nucum adducit messem. Ia: Istas non admodum moror. Ias: Narra, quid causa fiet. Ia: Quidam adintunt vocis sinceritatem. Ias: Eam restituit aqua pura & calida. Ia: Sed à cibo abhorreo, qui me aquam portare cogit. Ias: Supra communem hominum sortem sapis. Ia: Nunc me naso suspendis. Ias: Non quia homines sæpè aliqua edunt, etiam vnde perniciem sunt accepturi, istud tu fugiturum te dicis?

## DE HIEME.

Vilhelmus & Georgius.

**A** Hab quantum frigeo. Ge: Friges nunc temporis? Vil: Nonnè & tu frigore premeris? Ge: Non, sed totus caleo. Vil: Prestantius me vestitus es. Ge: Id sanè parum est, sed crepidæ me calere faciunt. Vil: Facile frigus pellit, cui crepidæ sunt & chyrotecæ subductæ pellibus. Ge: Oportet & corpus multis, operiri indu-



indumentis. *Vi*: Quid faciam nescio, malè ad hyemem instructus sum. *Ge*: Quid hoc sit? *Vi*: Indumenti mihi nihil est, quàm conspicis. *Ge*: Verè, non benè tibi cum hyeme conueniet. *Vi*: Si in patria agerem in caelo essem. *Ge*: Quare? *Vi*: Dum ibidem essem hyemem non sensi. *Ge*: Non tum scholam inuisisti? *Vi*: Æstate quidem, sed hyeme post fornacem latui. *Ge*: Quid egisti, torrebas ne poma in fornace? *Ni*: Vtiq; & pyra quandoq;. *Ge*: Mirum quod parentes tibi indulserunt. *Vi*: Lubentissimè, sed istam non habeo hic lautitiam. *Ge*: Vereor quòd non. *Vi*: Ah quantum mihi ferendum erit vice deliciarum, quas in patria habui. *Ge*: Tibi ipsi es vates. *Vi*: Dabit Deas his quoq; finem. *Ge*: Sed seriùs fortassis quàm velles. *Vi*: Et hæc olim (vt inquit Poëta) meminisse inuabit. *Ge*: Meherclè dulcius nihil est, quam actorum recordari laborum, quos superauimus. *Vi*: Multos tamen quandoq; vidi (vt secundo *Aeneidos* de *Aenea* scribit *Virgili*) qui lacrymando habitam miseriam recensuerunt. *Ge*: Stulti homines qui victam calamitatem lacrymis prosequuntur.

## DE VERE.

Gerhardus & Bruino.

**V**Nde tanta flumiorum copia? *Bru*: Nix altis in montibus liquitur. *Ge*: Fortassis. *Bru*: Sic est. *Ge*: Tempus expetit, quia ver adest. *Bru*: Non adesset ver, cum simus in Martio mense? *Ger*: Nunc agricola redeunt ad agros colendos. *Bru*: Labor etiam rursus incumbit equis. *Ger*: Satis per hyemem quauerunt.



nerunt. Bru: Inortiam ipsis aratrum expellet. Ge:  
Fuisti ne hisce diebus in pomerijs? Bru: Iste nihil est  
quod agam. Ger: An fortassis violas quaesisses. Bru:  
Non sum violarum, sed librorum amator. Ge: Putabam  
villas à rusticis egestas. Bru: Ha tuo naso & ori con-  
ueniunt. Ger: Bona verba quaeso. Bru: Ut loqueris, ita  
& responsum accipis. Ger: Fateor, meo ipsius gladio  
cado. Bru: Incidisti in foueam quam fecisti. Ge: Post  
aliquot dies redolebunt pomeria violis. Bru: Post mul-  
tos, non paucos certè. Ger: Indies iam è terra grum,  
punt. Bru: Vidisti in aliquas. Ger: Vidi complusculas.  
Bru: Ego hoc vere nullam. Ger: Si quas reperio ad te  
feram. Bru: Id facito si te non grauat. Ger: Non me  
grauat obsequium amico exhibendum. Bru: Facile ami-  
cos tibi parabis (teste Comico) si obsequijs conferendis  
alios delectaris. Ger: Inseruire amicis, mihi delictum  
est. Bru: Id hominem decet (vt alius inquit Comi-  
cus) vt homini alteri Deus sit, Id est, praestet auxili-  
um & commodum.

## DE FESTO SANCTI GALLI.

Nicolaus & Vinandus.

**A**ppetit nunc dies sancti Galli, quo scholastici de-  
lectari solent. Vi: Ego certè ipsius aduentu nunc  
doleo. Ni: Solebas tamen plus alijs gaudere ob diem  
istum. Vi: Fateor, sed nunc secus mecum agitur. Ni:  
Amabo, dic, quis tibi est scrupulus? Vi: Facilis est, & ta-  
men plurimum me malè habet. Ni: Fortassis causam pro-  
bè augurarer. Vi: Si coniectura consequi potes, dicam  
Ni:



*Ni: Periculum coniiciendi faciam. Vi: Age, audiam.*  
*Ni: Non licebit tibi prosternationi galli adesse. Vi: Her-*  
*cule rem acu tetigisti. Ni: Sed cedo, quid impedimenti*  
*erit? Vi: Mater as mihi largiri recusat. Ni: Sis animi*  
*presentis, isti rei facile medicabor. Vi: Qui mihi succur-*  
*res? Ni: Mutuum tibi solidum aris dabo. Vi: Si fece-*  
*ris, non diu carebis ipso. Ni: Est ne tibi animus labora-*  
*re, ut tu gallum eneces, & (ut aiunt) rex efficiaris?*  
*Vi: Istud honoris non cupio, ubi nihil est lucri. Ni: Vel-*  
*lem me posse ipsius cadem peragere. Vi: Vino te donabo,*  
*si ipsi mortem intuleris. Ni: Omne mouebo saxum quo*  
*ipsum acerbius alijs tangam. Vi: Spectator ero. Ni: Sed*  
*interim non obliuiscaris vini mihi modo promissi. Vi:*  
*Da fidem me praestitutum promissa. Ni: Ego si gallum*  
*interfecero, lautum exhibebo vobis conuiuium. Vi:*  
*Quid a te immune accipiemus? Ni: Duos gallos galli-*  
*nacos ad veru coctos, & vini mensuras quatuor. Vi:*  
*Sat erit. Ni: Spero quod aliquid vini mihi donabitur,*  
*tum minus inpendij faciam.*

## DE FESTO SANCTI LAMPERTI.

Paulus & Thomas.

**R**ursus matrem iratam reddam. Tho: Quo ipsam  
 offendes? Pa: Rogitando pecuniam. Tho: Pecunia  
 quid eges, cum victum habeas? Pau: Alijs egeo quam  
 victu. Tho: An non, quibus indiges, praebent tibi pa-  
 rentes? Pau: Quid ni? Tho: Cur tum as expetis? Pau:  
 Ludi magistro ut manus farciam. Tho: Cuius rei gra-  
 tia? Pau: Lamperti feriae expostulant. Tho: Ecce, nisi  
 dixisset



dixisses, oblitus fuisset. Pa: Nunquid & tu modico aere  
ipsum donabis? Th: Quod moris est, ipse non intermit-  
tam. Pa: Solet fieri, sed ignoro an merito. Th: Fortè præ-  
mij loco est. Pa: Precium seorsum exoluitur. Th: Quod  
nunc dandum est forte minus aestimat præceptor. Pa:  
Id muneris crebrius pendimus. Th: Nosti ne? sapè dan-  
dum amicis, ne intereat gratia. Pa: Præceptor munere  
isto non amicus sed inimicus redditur. Th: Exploratum  
unde habes? Pa: Scio aliquos, qui plus cæteris ipsi con-  
ferunt munuscula, & illos acerbius alijs corrigit & in  
eos animaduertit. Th: Quos scæuius tractat, illos præ  
alijs diligit. Pa: Istud diligere Eumenides ferant. Th:  
Cessâ imprecari præceptor. Pa: Quid tu ipsi dabis? Ego  
solido eum exhilarabo. Th: Nummum præstares (quem  
indocti album vocant) tu opulentus es, ego obulum  
vnum, aut alterum dabo.

## DE ELIGENDO EPISCOPO.

Iaspar & Melchior.

I. **I**ntereris ne die lunæ gymnasio literario? Mel: Sic  
credo. Ias: Cui tuam dabis vocem? Mel: Quid hoc  
est? vocem dare. Ias: Id est, quem eliges in Episcopum?  
Mel: Inconcinna est locutio. Ias: Dic tu venustiore.  
Mel: Cui tuum dabis suffragium? Ias: Poteris ne & alia  
pacto eloqui? Mel: Possum, in cuius personam eligen-  
dam tu consenties? Ias: Memoria istas recondam oratio-  
nes. Ego suffragabor tibi. Mel: Ne facito. Ias: Cur istum  
non desideras magistratum? Mel: Non, quia frugis ni-  
hil affert. Ias: Satis præmij mihi esset honor iste. Mel:

C

Ipsè



*Ipse honoris istius avidus non sum. Ias: At pulchrum est dici Episcopum. Mel: Verum, sed miserum est censuram non expectare. Ias: Si Episcopus fierem, sperarem adhuc me in magnum euasurum virum. Mel: Unde istud sperares. Ias: Ex moribus gentilium. Mel: Quis isti habuerunt mores? Ias: Ab his quæ in iuuentute alicui acciderunt, sumpservit futurae fortunæ conditionem. Mel: Fiebant etiam quandoq; voti compotes? vel semper frustrabantur spe? Ias: Quid nisi sapiissime. Mel: Exemplum vnum eloquere. Ias: Platoni in cunis dormienti, apes in os mel ingesserunt, ex quo aruspices eum fore virum facundum dixerunt, quod sic factum est. Mel: Mirum quod audio, sed haud, & agrè credibile est.*

#### DE ELIGENDO REGE.

*Henricus & Iacobus.*

**H**odierno vespere vbi tui cœnabunt parentes? *Ia: Vbi aliis nisi domi nostræ? Hen: Non aliquò sunt vocati conuiuæ? Ia: Quò hodie inuitati essent? Hen: Ad amicorum lances. Ia: Foris cœnare eos pueret hoc die. Hen: Apud honestos conuiuam agere non est pudendum. Ia: Fateor. Hen: Cur tum dicis, quod eos pueret? Ia: Quia non solent hanc vesperam solennem foris peragere. Hen: Qui fiat cedo? Ia: Nobiscum frontem domi exporrigunt. Hen: Ecquid voluptatis domi habetis? Ia: Multum certe. Hen: Fortassis regem inter vos decernitis? Ia: Id ipsunt facimus scilicet. Hen: Delectu ne an sorte? Ia: Chartulis pileo impositis. Hen: Sunt ne omnes inscriptæ literis? Ia: Sunt,*



Sunt, & quidem nominibus magistratum. Hen: Adest etiam regina scriptus titulus? Ia: Est, sed vel matri vel ancillis vendicatur. Hen: Fortuna quem regem fecerit quid pendet? Ia: Hodierno vesperi à sumpto est immunitus. Hen: Immunitus? quis tum vini exoluit cyathos? Ia: Potu omni nos alij regem donamus, sed ipse alio tempore suo are geniale parat nobis conuiuium, & regium.

## DE FESTO NATALI CHRISTI.

Georgius & Gysbertus.

**E**GO nunquam toto anno plus gaudeo quam nunc temporis. Gys: Ego vero nunquam magis doleo. Ge: Doles tu tempore adeo lato. Gys: Non dolerem, in tanto frigore? Ge: Ipse totus letor obfestorum dierum aduentum & copiam. Gys: Quid feriae tibi commodant? Ge: Ociabimur à lectionibus abundè. Gys: Quot dies? Ge: Ferme quatuordecim. Gys: Quando incipientur istae vacationes nostrae? Ge: A pridiano Thomae, & ad alterum Circumcisionis diem durant. Gys: Et interim non visimus scholam? Ge: Accedimus quandoq, sed solum tantatum. Gys: Quae cantabimus? Ge: Reddendae istis sacris diebus in templo. Gys: Istos cantos noui ab hinc biennio. Ge: Anni curriculo mihi exciderunt memoria. Gys: Oportet vt sterilissima sit tibi memoria. Ge: Talia mihi cura non sunt, diligentius lusus quam ista cogito. Gys: Scholasticum id dedecet. Ge: Canenda his diebus habes ne scripta? Gys: Habeo, & cum musicis contentibus. Ge: Exscribenda mihi ipsa accommodes. Gys: Libentissime. Ge: Plurimum letor quod nunc temporis



adeo mitis est aër, & non acerbum frigus. Gys: Et ego gaudeo, aliàs in matutinis precibus frigore perirem. Ge: In lecto me continerem si frigus sauiet. Gys: Ab propter nouum regem natum, nihil velis pati? Ge: Durum est à tepido nido discedere.

## DE TEMPORE BACCHANALI.

Michael & Vilhelmus.

**Q**uot hebdomadae nunc intersunt, inter ferias natales Christianas & quadragesimam? Vil: Opinor nouem. Mi: Hui, tot? Vil: Ita relatu aliorum accepi. Mi: Cuius verbis habes? Vil: Viri cuiusdam apprime docti. Mi: Tum longum erit carnispruium. Vil: Tace obsecro verbum istud barbarum. Mi: Carnispruium, non est verbum venustum & latinum? Vil: Minime, sed maxime impolitum. Mi: Dic politioem dictionem aliquam. Vil: Tempus Bacchanale. Mi: Cur ita appellas tempus hoc? Vil: Quia olim in sacrificijs Bacchi insaniebant ita, vt hoc tempore furunt. Mi: Insaniebant sacrificando Baccho Deo gentiles? Vil: Viuebant in omni luxu & dementia. Mi: Est ne tibi aliud verbum quo hoc tempus appelles? Vil: Festum vel tempus Lupercale etiam potest dici. Mi: Quid noui verbi affers. Vil: Nouum non est, sed à veteribus historicis proditum. Mi: A quibus? Vil: A Valerio maximo. Mi: Cur istud nomen huic tribuis tempori? Vil: Ob morem gentilium. Mi: Quis is erat mos? Vil: Pastores pecorum currebant hoc tempore nudi, habentes pelles in manibus, in honorem Panos Dei pastorum. Mi: In quod

com-



commodum isti sacrificabant? *Vil*: Credebant, quod ab  
omnibus pelleret lupos, hinc vocatum est tempus Luper-  
cale. *Mi*: Fiebant etiam voti compotes? *Vil*: Ignoro,  
nam tum temporis vitam non egi.

## DE QVADRAGESIMA.

*Seuerus & Philippus.*

**P**oëtarum non semper vana sunt fabula. *Phi*: Certe  
me iudice parum habent veri. *Se*: Habent mea sen-  
tentia saepe nihil præter veritatem. *Phi*: Probes id, ali-  
cui fidem tibi non habeo. *Se*: De fortuna fabulantur,  
quod rotæ insistant. *Phi*: Notum habui diu. *Se*: Istud ve-  
racissimè dicunt. *Phi*: Fac mihi persuadeas. *Se*: Hacten-  
us per aliquot dies curauimus cutem delicatissime. *Phi*:  
Præterea quid? *Se*: Et nunc instat tempus quo corpus  
rursus macerabimus. *Phi*: Aestimās forte ieiunij tor-  
mentum. *Se*: Puto istud, Nam carnes prohibentur, quæ  
solæ pascunt corpus. *Phi*: Etiam pisces multos saginant.  
*Se*: Neros adeo non roborant, vt caro. *Phi*: Immo uideas  
nonnullos pinguiores ex piscibus, quàm alios è carnibus.  
*Se*: Qui isti sunt? *Phi*: Monachi in cœnobijs, vbi pytha-  
goricè mensa instruitur. *Se*: Crassa illorum capita &  
ventres obesi certe è piscibus non fiunt vel exurgunt. *Phi*:  
Forte extra limen monasteriorum vescuntur (credis)  
carnibus? *Se*: Scio & vidi, non solum credo. *Phi*: Et  
mihî visum est creberrime. *Se*: In hîste semiseptem heb-  
domadibus esurialibus, quo vesceris cibo? *Phi*: Pisis &  
piris in fornace tostis. *Se*: Ficubus istis, qui rusticis mel  
sapiunt. *Phi*: Ita, illos ad panem edo cum nucibus.



## DE FESTO PASCATIS.

Petrus & Mattheus.

**A**ppetit nunc tempus, quo nullum toto anno est crudelius. Mat: Quod illud est adeo impium. Pe: Paschatis puto dies. Mat: Sunt isti tibi immares & impij? Pe: Vtiq; nam magna solet fieri caedes. Mat: Habetur tum semper bellum hoc tempore. Pe: Nescis istud? Mat: Ignoro. Pe: Nosti Thuringiam? regionem Germaniae Orientalis? Mat: Nosco, ubi vrbs Erphordiana est excellentior. Pe: Ibidem duo sunt loci vnus ab halece, alter à vitulo nomen sortitus. Mat: Ecquid postea? Pe: Inter hos circa Pascha ingens bellum oritur. Mat: Etiam annuo? Pe: Immo quotennis duabus vicibus. Mat: Tempore dic quo? Pe: Circa quadragesimae auspiciū, & ferias Paschales. Mat: Cuius loci incolae euadunt victores? Pe: Dum exorditur esuriale tempus, illi de Halece agnominati. Mat: Quare illi? Pe: Quia diebus ieiunij piscis iste in coquinis & patinis dominatur. Mat: Quando illi triumphant de prelio, quibus vitulus agnomen praeiuit? Paschati tempore. Mat: Qui hoc? Pe: Nam sequentibus diebus vitatur carnibus. Mat: Lepidum audio iocum. Pe: Hos quondam Erphordiae agens, nugari audiui. Mat: Satis festiuum dixerim.

## DE FESTO PENTECOSTES.

Vinandus & Baptista.

**S**abbatho proximo pridianus erit dies festi Pentecostes. Ba: Compertum id habeo. Vi: Ventri nostro aursum bellum afferet. Ba: Quale bellum narras? Vi: Cor-



Corporis bellum, ieiunium scilicet. Ba: Pulchre ieiunium vocas bellum, quia ventri odiosum est. Vi: Hactenus tranquilla fuit caro nostra. Ba: Vnde ista sibi tranquillitas, quam aestimas? Vi: Quia à Paschatis die non sensit ieiunij molestiam. Ba: Corpus meum tum ouis, tum alijs affatum est pastum delicatis botis. Vi: Sabbatho de-  
mo in pistrinum ibimus. Ba: Facile est vnum diem abstinentia peragere. Vi: Ipso die Pentecostes accedes sacram Synaxin? Ba: Incertus sum. Vi: Qui sic? ego me accingam quo gratiam spiritus sancti acquiram. Ba: Facerem & id ipse quoque, sed vnicum memoratur. Vi: Istud quidnam est? Ba: Inuitus confiteor. Vi: Ego alicui igno-  
to mea delicta resenseo, tum plus audeo. Ba: Parabo & me, vt tecum peccata in sacrificuli aurem immurmurem. Vi: His spiritus sancti ferijs nobis scholasticis in primis est scelerum sex ejeienda. Ba: Verè dicis, vt spiritus sanctus nos inuiset. Vi: Si is nobis prestò fuerit sine sudore discemus. Ba: O vtinam tum mihi adesset. Vi: Pec-  
cata cxue, pœnitentiam age, certe te suo donabit munere. Ba: Emitar pro viribus. Vi: Sic facias, & literis fies aprior alumnus.

## DE FESTO SANCTI MARTINI.

Hieronymus & Hermannus.

QVot nam dies ab hinc absunt feriæ sancti Martini?  
Her: Opinor octo. Hie: Quo die peragentur? Her:  
In macra die, scilicet Veneris. Hie: Vespera tamen  
erit ipso die Iouis. Her: Erit ni fallor. Hie: O tum  
adhuc benè nobiscum agetur. Her: Vnde illud conijcis?  
C4 Hie:



*Hic: Nam tunc carnibus vescentur homines. Her: Illud nostro stomacho nihil commodabit. Hic: Imò plurimum proderit. Her: Effare quomodo? Hic: Quidquid in sculi vel carnis à mensis leuarint, nobis, ad fores cantantibus impartient. Her: Ad istud certe ollam mihi parabo. Hic: Si tibi placuerit inuicem tunc temporis ostiatim canemus? Her: Oppidò mihi arridet. Hic: Sed quicquid obsonij vel aris, nobis datum fuerit, commune erit. Her: Conferetur in illius vesperæ nostrum conuiuium. Hic: Sed qua hora egrediemur precatum stipem? Her: Postquam octauam sonuerit. Hic: Illud temporis plane integrum erit nostræ precationi. Her: Conueniet maxime, nam eo tempore de mensa tolluntur patinae. Hic: Anno ab hinc proximo tantum accepi alimenti quo octo victitabam dies. Her: O si ea nunc rediret fortuna. Hic: Sperandum est & Deo confidendum. Her: Quis illius non anhelaret adminiculum? Hic: Multi suum exoptant præsidium, verum inseruiunt ipsi inique. Her: Ij consequentur gratiam eius ad Græcorum Kalendas.*

### *DE XENIIS MITTENDIS.*

*Kilianus & Theodoricus.*

**P**Recor tibi diem candidum. Theo. Talem & tibi opto. Kil: Xenium fac mihi prabeas. Theo: Hui tam cito? vix noui anni dies illuxit. Kil: Hodie verum est tempus dandi Xeniola. Theo: Hodie incipit sed diu durat. Kil: Fateor, sed tamen qui alteri dare volunt non diuturnam moram agunt. Theo: Expecta, quo ad ipsum struxero. Kil: Non opto strenulam farinaccam. Theo:

*Lau-*



Illud  
num  
sculi  
ibus  
Hie:  
cane-  
id ob-  
Her:  
Hie:  
Post-  
inte-  
xime,  
Anno  
victi-  
: Spe-  
us non  
optant  
confe-

Lautior mihi non est alia. Kil: Sed puderet me amicum  
mellito munusculo salutare. Theo: Qui id fit? Kil: Quia  
timerem ne ab ipso nausearet. Theo: Vanum metuis, si  
bonus esset, boni consuleret. Kil: Verbis fortassis, ac cor-  
di crederet. Theo: Is personatus amicus esset. Kil: Ho-  
ne. us est panniculum emunctorium largiri vice xenij.  
Theo: Est quidem, sed tale munus non omnibus in-  
promptu est. Kil: De interula aut panni vlna plura con-  
ficiuntur. Theo: Sed saepe pluris constat conficiendi sump-  
tus, quam pannus. Kil: Cultros vidi quandoq, inter a-  
micos missitari. Theo: Illos ego non mitterem. Kil: Cur?  
Theo: Quia vulgo dicitur, cultros amicitiam rumpere.  
Kil: Stolide, isti tu accedis dicto? Theo: Non totus con-  
sentio. Kil: Attamen non nihil ipsi fidem praebes. Theo:  
Facio vt solent ij, qui quicquid audiunt, ex oraculo pro-  
latum putant. Kil: Es tu illius farinae homo? Theo: Nes-  
cio, me ipsum non nosco. Kil: Sed strenulam mihi fac  
mittas. Theo: Cras vltro tibi conferam, interim spe viuas.

DE PECVNIA DANDA IN NOVAE  
scholae ingressu. Martinus & Nicolaus.

Feriamur ne post meridiem a lectionibus? Ni: Non  
compertum habeo. Mar: Ego ea spe ducor. Ni: Vide ne  
vanam spem foueas. Mar: Certus sum spe non frustrabor.  
Ni: Praestaret fideiussorem habere. Mar: Tam scio, quam  
nomen meum. Ni: Eloquere, qui scias. Mar: Est mihi  
adolescens domi, qui primus iam scholam iniisset. Ni:  
Hoc quid afferet nobis? Mar: Ipse a praepatore copiam  
ociandi nobis impetrabit. Ni: Qua arte? Mar: Largiendo

S.  
bi opto.  
tam ci-  
um est  
liu du-  
ant non  
d ipsum  
Theo:  
Lau-



ipsi paucillulum numerorum. Ni: Putas illud quod introitū vulgò appellitant? Ma: Istud ipsum volo. Ni: Sat habeo. Ma: Verum, nostin unde mos ille prouenerit? Ni: Audiu nung̃ originem. Ma: Dicam huius consuetudinis fontem, si te audire non tæduerit. Ni: Audire gesti o. Ma: Qui apud artifices mechanicos. Tyrones si in artificij classi aliquid pendere coguntur. Ni: Vnde quinq̃ in ipsorum artificum conciliabulo. Ma: Isto munusculo fauorem sibi vendicant aliorum. Ni: Etiam in ipsorum album referuntur? Ma: Non secus & nouus literarum Tyro & præceptorem, & nos demeretur. Ni: Quo. Ma: Præceptorem paucillulo eris, nos vero ocio medij diei.

### NON SEMPER ESSE STUDENDVM.

Vincentius & Vilhelmus.

**H**Eus tu, paucis te volo. Vil: Quis me vocat? Vin: Ego te voco. Vil: Quid est, quod me vis? Vin: Facilis res est. Vil: Exprime ocus. Vin: Qui fit quod ita palles? Vil: Palleo? Id ipse ignoro. Vin: Palles non secus ac agrotares. Vil: Sane nihil sentio doloris. Gratia Deo. Vin: Vnde tum pallor ille oritur? Vil: Color hic mihi est natiuus. Vin: Non adeo pallefcunt homines à natura. Vil: Qui nosti? es ne medicus? Vin: Non, sed coniectura consequor, te chartis nimium addictū. Vil: Literis totū transigio ocium quod habeo. Vin: Si id agis, tibi ipsi obes. Vil: Hoc non spero, quod mihi desim studendo. Vin: Prodes forte animæ, sed corpori nocet. Vil: Malo animæ quam corporis profectum. Vin: Belle dicis, sed corpore debili & animæ tandem vis perimitur. Vil: Periti istud non asserunt.



runt. *Vin:* Quid tum dicunt. *Vil:* Ad tenuem lancem, literas melius imbibi. *Vin:* Concedo, sed tamen oportet corporis curam non totam omittere. *Vil:* Neq, hoc facio. *Vin:* Extrema dementia esset abstinencia immodica suum fraudare genium. *Vil:* Praestat tamen alimonia animae quam corporis. *Vin:* Enervatis autem corporis viribus fulcimentum animae & virtus tollitur. *Vil:* Inficias non eo, quum corpus sit animae promptuarium.

**QVEM LVDVM DEBEANT IUVENES exercere.**

*Antonius & Laurentius.*

**H**Vi ludes tu tesseri? *Lau:* Hoc tua quid refert? *Ludus iste non scholasticorum est.* *Lau:* Quomodo tunc est? *An:* Nebulonum, belluonum, & histrionum, *Lau:* Vidi ego complures literarum Tyrones hoc vti ludo *An:* Nihilofuere meliores. *Lau:* An ne peiores eos fuisse censes? *An:* Hercule non solum peiores, sed & pessimos. *Lau:* Tu nosti, quia tertius Cato es. *An:* Ride vt lubet, vera loquor. *Lau:* Nihil ludendum & scholasticis arbitraris? *An:* Ludendum & ipsis quandoq, sed aliud lusus genus. *Lau:* Age, qui ludus? *An:* Ludi nempe honesti & verecundi. *Lau:* Qui illi sunt? *An:* Quos olim Romani suos docuerunt liberos. *Lau:* Quales isti tradiderunt pueris. *An:* Natate, dimicare & certare luctando. *Lau:* Nullos alios? *An:* Nullos, quod audierim. *Lau:* Nunq charta lusoria, vel talis? *An:* Minimè gentium. *Lau:* Etiam ne inter conuiuia cum amiculo? *An:* Nusq locorum. *Lau:* Nimiū sapuerunt. *An:* Si Semel & iterum concessissent, male

ceci-



eccidisset. Lau: Nonnunquam ludere, ferendum esset.  
An: Audisti in Platonem dicentem, non paruum incom-  
modum esse consuetudinem iniquam. Lau: Consuetudo  
diutino & frequenti conatu fit, non raro tentando.

## DE ELEMOSINIS COLLIGENDIS.

Ludouicus & Panthaleon.

**P**Lacet ne tibi mihi congredi. Pan: Quo? Lud: Igno-  
ras? Ostiatim petatum decimas nostras. Pan: Deci-  
mas quid vocas? Lud: Stipem, quæ nobis pauperibus à  
diuitibus erogatur. Pan: Est illa nobis vice decimarum?  
Lud: Vtiq; est. Pan: Mihi non fit verisimile. Lud: Pin-  
numera homo es, quod ista non capis. Pan: Haud  
cauo, rogo apertius mihi dicas. Lud: Obsecum dabor, tu  
ausculta. Pan: Aduertam diligenter. Lud: Nosti agro-  
rum dominos oportere suis, aut parocianis, aut principi-  
bus pendere decimas. Pan: Nosco per parentes meos. Lud:  
Non secius oportet & diuites illos, de suis bonis pendere  
nobis stipem. Pan: Certe si oporteret eos, tum nunquam  
recusarent. Lud: Dum renuunt ipsis luditur. Pan: Im-  
mo plus luditur nobis, quàm ipsis. Lud: Longe ab erras.  
Pan: Delyro dicis? venter mihi fame perit. Lud: Diui-  
tum incommodum longe est grauius. Pan: Dic quod illud  
est. Lud: Dei incidunt iram, quod pietatis non sunt cul-  
tores. Pan: Istud non estimant. Lud: Sed olim ante iu-  
dicem Deum acerbe sentient. Pan: Interim indutijs fru-  
untur. Lud: Misera indutiæ sunt, quas certum sequitur  
tormentum. Pan: Solatium tamen est, dilatatione frui,  
etiã momentanea.

DE



DE LVDO PILÆ.

Gysbertus & Petrus.

**V**T sic desideris? surgite pigerrimi. Pe: Quid conabimur? Gys: Colludemus nonnihil. Pe: Malumus hic in gramine viridi quiescere. Gys: Endymionum est non adolescentum ita gramini incumbere. Pe: Attamen dulce est. Gys: Iucundius est mihi ludere, quam torpere. Pe: Age, ludendo concertemus. Gys: Pilam ne iaciendo inuicem? Pe: Cui est pila? nobis deest. Gys: En, hic duas habeo. Pe: Molliorem & leuiorem accipimus. Gys: Belle dicitis, nam ista minus afferet doloris. Pe: Sed sortiemur periculi & ludi comites. Gys: Ludemus, vt pila scrobibus impellatur. Pe: Tum sors mittatur, quis incipiat. Gys: Scrobs prius ascribatur cui libet. Pe: Quisq; accipiat quam velit, suprema erit mea. Gys: Aduolue pilam, in cuius scrobem ceciderit, eam in alios projiciet. Pe: Pape meam incidit, fugite hinc. Gys: Ho ho, neminem tetigisti, notula tibi appingatur creta. Pe: In calcem fige mihi creta lincam. Gys: Demum adijce foueis pilam. Pe: Nunc tuæ intrudam fouea. Gys: Si feceris, te primum projiciam. Pe: Viden? age qua lubet. Gys: Fuge, aut te iactio petam. Pe: Si audes, zacias. Gys: Audeo maiora, en tactus es. Pe: Et te rursus ad iuras lasi. Gys: Vix credo, nam sensi penitus nihil.

DE LVDO GLOBORVM MISSILIVM,

quos omnia vocant Colonienses tyrunculi literarij.

Cornelius & Iacobus.

Non

DE



**N**on decet alijs ludentibus nos ita desiderere. Ia: Præstat spectatorem esse quàm ignavum collusorem. Co: Auspicemur & nos duo ludum cognitum. Ia: Quem agemus consulis ludum. Co: Globularem. Ia: Cum globulis, quos omnia vocant? Co: Impolitum est istud verbum. Ia: Nosti tu aliud venustius? Co: Ipse dicerem globulos missiles per pollices. Ia: Et istam memoriæ recondam orationem. Co: Fiat fossiculus, in quem globuli mittantur. Ia: Tibi culter est, effode terram. Co: Præscribe tu ludi carceres. Ia: Hic signo ligneolo. Co: Præmitte tu globulum, ego deinde. Ia: En, istic me ferias. Co: Si possum non sinam te ibidem durare. Ia: Te expectabit globulus. Co: Vides? Vbi nunc sis. Ia: Semel sum à te propulsus, id nihilo æstimò. Co: Deniq; tria vici, tu nondum lucratus es. Ia: Istis tribus nihil addes lucri. Co: Res ipsa loquetur. Ia: Quibus fortuna prius aspirat, tandem aduersatur. Co: Mox sex numerabo. Ia: Ipse præueniam te. Co: Ah, nunc mihi tumco. Ia: Ecce & mihi tria sunt. Co: Ego rursus tribus te excello. Ia: Non diu numero superior manebis. Co: Istud experiar. Ia: Tuis conatibus ipse obstam. Co: Enitere quantum potes.

### DE LVDO GLOBVLORVM

qui torquentur per annulum.

Vdalricus & Vinandus.

**E**amus deambulatum rus versus. Vi: Ruri quid tractabimus? Vd: Ibi & ambulando & colludendo nos oblectabimus. Vi: Quod ludi genus exercebimus? Vd: Torquebimus globum per annulum ferrum. Vi: Age, prope-

prope  
ricio  
men  
En t  
& m  
cultr  
cultra  
num  
incipi  
Si fec  
debi  
cio. V  
luder  
globu  
non re  
lum p  
ipse p  
Verbu

O  
n  
ra. V  
pomila  
& pr  
dam.  
Præfil  
cursu



Præ-  
. Co:  
age-  
ulis,  
n. Ia:  
mis-  
atio-  
. Ia:  
ear-  
lum,  
on si-  
. Co:  
d ni-  
us es.  
etur.  
atur.  
Ah,  
: Ego  
erior  
se ob-

propere eamus. *Vd:* Sed audi, in ludo globi annularis pe-  
ricior me es. *Vi:* Rarus certe ipsum exerceo. *Vd:* Atta-  
men videbo quid & ego possim. *Vi:* Globum prome. *Vd:*  
En tibi ferreum anulum, terræ insige. *Vi:* Flagellum  
& mihi præbe. *Vd:* Sortiemur, quis prior ludat. *Vi:* Ego  
cultrum sursum iaciam, tu elige. *Vd:* Seligam alterum  
cultri latus, signum ubi impressum est. *Vi:* Latus pla-  
nam sursum vergit, exordiri est meum. *Vti Age,* placet,  
incipere. *Vi:* Ictu primo globum per anulum pellam. *Vd:*  
Si feceris, eris mihi magnus Apollo: *Vi:* Ridere sine, vi-  
debis me virum. *Vd:* Ah, ah, nondum te expertum aspi-  
cio. *Vi:* Nescis verbum Vergilij neminem ubiq; fœlici  
ludere dextra? *Vd:* Vt ego, ita per anulum agitates  
globum. *Vi:* Robur tibi est maius quam mihi. *Vd:* Hic  
non robur sed promptitudo valet. *Vi:* Nunc belle anu-  
lum penetrabit. *Vd:* Vel à latere præteribit. *Vi:* Istud  
ipse prohibebo. *Vd:* Clausis oculis aptius te luderem. *Vi:*  
Verbis tu magnus es, sed factis nullus.

### DE LVDO SALTVS.

Georgius & Volfgangus.

ltra-  
lo nos  
*Vd:*  
Age,  
rope-

**O** vos ciconiarum proles. *Volff:* Sumus proles cico-  
niarum? *Geor:* Estis, quia longissima habetis cir-  
ra. *Volff:* Hoc tua nihil refert? *Geor:* Si audes, e o-  
pomilio vnum quemuis vestrum ad saltandem lacejō  
& prouoco. *Volff:* Et ipse in harenam tecum descen-  
dam. *Geor:* Hoc saltandi more me imitare. *Volff:*  
Præsilias, faciam periculum. *Geor:* Ter solum salias post  
cursum factum. *Volff:* Metam sig. a lapide aut ligno.  
*Geor:*



Ge: En, hic constitui. Volff: Eam facile assequar metam.  
Ge: Id post cursum iactita. Vol: Nunc viri aspice saltum.  
Ge: Ah, saltum indignum iuvene tali. Vol: Pro viribus conatus sum.  
Ge: Vires tibi (vt video) sunt imbecilles. Vol: Rursus experiar quid possim.  
Ge: Semel victi, non alterum tibi concedam saltum. Vol: Si nunc non assequar metam, palmam dabo.  
Ge: Lubens permitto, tandem tenta. Vol: Vides, me bene assecutum metam tuam.  
Ge: Assecutus es, sed non longius transponis. Vol: Sat est quod attingi.  
Ge: Denuo tibi consequendam ponam metam aliam. Vol: Vix remotius collocabis.  
Ge: Puderet me, si non qualibet vice distantius saltarem. Vol: Te virum dicam, si ostenderis.  
Ge: Vides? pene prolongassem. Vol: Quod pene fit (vt vulgo dicitur) id tamen non consequitur votum.

## DE CERTAMINE CURSUS.

Gerhardus & Crato.

CESSEMUS oro de hoc ludo torquendi globum per annum. Cra: Repetemus tum aedes nostras? Ge: Vt visum fuerit vobis. Cra: Effet nimis tempestiuum. Ge: Ludi aliud genus incipiamus. Cra: Quale aestimas auspiciandum? Ge: Mihi ex diutino inflexu genua dolent. Cra: Ergo prestaret in gramine decumbere. Ge: Id me puderet, sed currendo ipsa reficiam. Cra: Hoc fatigat, non recreat. Ge: Currere vires excitat, quas eneruauit torpor. Cra: Multa currendo cura infregerunt, qui torpendo tuti fuissent. Ge: Equi in stabulis diutius sistendo, crinum vires amittunt. Cra: Aliud equis, & homini competit.

petit.  
Cra:  
quo p  
etus  
uisia  
adfu  
Adsi  
crite  
ho, v  
Ger:  
tam,  
tem.

A D  
(2)

IN  
mi  
vulg  
mun  
gran  
& p  
tame  
ritu  
Phi:  
bent  
tunc  
pido  
Hie



petit, Ger: Quemlibet vestrum ad pares cursus irrito:  
Cra: Et ego currendo tecum palestram in eo. Ger: At ali-  
quo precioso curremus. Cra: Quid deponemus? Ger: Vi-  
ctus pendet binas vini mensuras. Cra: Mensuras cere-  
uisie, non vini exoluet. Ger: Vt lubet, qui primus portæ  
adfuerit, vicit. Cra: Sed vna cursum inchoemus. Ger:  
Adsis, meo adstā lateri, dum clamauiero, curremus ala-  
criter. Cra: Adsto, curre, non retine me veste. Ger: Ho,  
ho, vici, vici. Cra: Nisi cecidissem, me non præcurrises.  
Ger: Gaudeo, me euicisse te, vtcunq; primus attigi me-  
tam, id refert nihil. Cra: Facile est vincere solus curren-  
tem. Ger: Fortuna victoriam largiri solet.

**AN ILLE SIT DOCTVS SEMPER**  
(vt putant rustici) qui magnos potest legere libros.  
Philippus & Hieronymus.

**I**N doctissimi hominis aedibus nunc fui. Hie: Doctissi-  
mi? age, quis iste est? Phi: Ecclesie nostræ rector, quem  
vulgus pastorem appellat. Hie: Proh, Istum doctissi-  
mum aestimas? Phi: Non magnæ esset eruditionis, cum  
grandes legat & habeat libros? Hie: Librorum aceruus  
& preciositas doctum non arguit virum. Phi: Vulgus  
tamen persuasum habet grandium librorum lectorem, pe-  
ritum admodum esse. Hie: Toto errat cælo id credendo.  
Phi: Errorem illum mihi ostende. Hie: Multi libros ha-  
bent, quos neq; legunt, neq; lectos intelligunt. Phi: Quare  
tunc eos mercati sunt? Hie: Vt se exornent, tanquam op-  
pido gnaros. Phi: Stulti qui pecuniam non retinent.  
Hie: Emendo librorum suppellectilem docti sibi nomen

D

con-



conciliant. Phi: Si hoc scirem, doctum me vocatum iri,  
tota re paterna libros emerem. Hie: Apud populum phi-  
losophus dicereris. Phi: Vtrum prestare credis, complu-  
res habere libros, & indoctum esse, vel peritum, & pau-  
culos libros? Hie: Peritum esse praeualet & modicos  
possidere codices. Phi: Peritia est memoria cito elabatur,  
in libris autem diutius durat. Hie: Præstantius tamen  
est (ut inquit Erasmus) ingenium habere doctum quam  
libros eruditos. Phi: Sed est memoria elapsa scientia, ubi  
rursus acquireretur, si copia librorum deerit? Hie: Vbi  
extant Bibliotheca literariae.

### DE PRÆCEPTORE ELIGENDO.

Antonius & Ioannes.

**E**stu in hoc ludo Literario duraturus longius? Io:  
Minime, sed alio me conferam. An: Quo locorum?  
Io: Vbi melius erit consultum meo profectui in literis.  
An: Vide, ne præstantiora quærens, viliora incidas. Io:  
Prouidebo strenue. An: Sed nosti quis sit præceptor eli-  
gendus? Io: Instar tæci, qui mihi arridet, illi me subdo.  
An: Ementium haberes morem, qui nihil emunt, nisi  
diu ante perspectum habeant. Io: Præceptorem, ut rem  
venum expositam, licet ne perspicere? An: Duo sunt, per  
quæ præceptor, utrisq; (ut aiunt) brachijs amplexandus  
cognoscitur. Io: Quæ illa sunt, ediffere precor? An: Sæ  
erudite docet, & discipulos literatos reddit. Io: Erudi-  
tionem præceptoris ignoti, quomodo percipiam? An: Au-  
diendo eum docentem, vel alios de ipso consulendo. Io:  
Ego indoctus, iudicij sum expers: An: Peritiores qui  
vir

vir su  
cipulu  
cis pr  
ex pr  
quali  
tum,

A

V  
r  
quum  
loqui  
referr  
dume  
Taciti  
verba  
Qui ob  
tamen  
ser um  
pl ga  
ener  
Sit fo  
Lau:  
plorab  
berari  
colend  
feci.



vir sit, facile tibi ostendent. Io: Iudicant ne etiam discipuli de præceptoris industria? An: Hæres in illo, nescis prouerbum vulgo usurpatum, discipuli doctrinam ex præceptoris pendere peritia? Io: Audiui interdum, qualis præceptor, tales & fieri discipulos. An: Iustum, adhuc suspensio es animo?

### AN PRÆCEPTOR LITERARIUS

sit colendus, tanquam parentes.

Iacobus & Laurentius.

**V**Tita erga præceptorem te habes? Lau: Tita quæ refert? Ia: Nihil. Lau: Quid nitem silis? Ia: Iustum quum videns tacere nequeo. Lau: Est istud, si quum obloqui præceptoris? Ia: Certe parum decet. Lau: Par pari referre licet. Ia: Præceptoris non reluctandum, sed tacendum est. Lau: Dico ut tu, iniqua obticere nequeo. Ia: Taciturnitas decorat iuuenem, præcipue ad præceptoris verba. Lau: Vecors esset, qui ad plagas obmutesceret. Ia: Qui obmurmurat plus ictuum recipit. Lau: Iurat me tamen verbis vlcisci, si factis non conceditur. Ia: At miserum est verbis emere verbera. Lau: Istas paruis pendit plagas. Ia: Illi infeliciter succedit, qui præceptorem non veneratur. Lau: Talem hominem quis veneraretur? Ia: Sit fortuna cui in unquam attamen, præceptor noster est. Lau: Non diu is discipulus ero. Ia: De tuo non plorabit discessu. Lau: Et ego gaudebo me ab eo liberari. Ia: Præceptores non secus ad parentes sunt colendi. Lau: Sane per Hierusalem, id ego nunquam feci. Ia: Ego autem maiori amore præceptor



quàm parentes sum profecutus. Lau: O ingrâte parenti-  
bus. Ia: Præceptor scientiam mihi præbet, quod neque-  
unt parentes. Lau: Ab ipsis autem vitam habes &  
quod homo es. Ia: Id parum est, quid enim vita est, sine  
literarum peritia? Lau: Nescis vita nihil est nobilius.  
Ia: Sed vita nostra imperiti si fuerimus, non vita, sed  
mors est verius, si quid Aristoteli fidei datur.

## DE NUNDINIS ET MVNERVM

nundinariorum emptione.

Seuerinus & Baltasar.

**V**idisti quàm seruide tentoria erigant merc  
Bal: Vidi, quid deinde. Se: Nundinarum ap  
feria. Bal: In illo mihi nihil metitur. Se: Sed ipse non  
nihil commodi spero. Bal: Quo nomine? Se: Ab amicis  
munera nundinaria expecto. Bal: Ah, expectare misere-  
rum est. Se: Satius tamen est expectare quàm nihil ha-  
bere spei. Bal: Qui spe viuit, miseram agit vitam. Se:  
Non omnes spe fruantur. Bal: Plures certe quàm uoti  
compotes fiunt. Se: Nundinaria munera quotannis his  
nundinis mihi largiuntur. Bal: Fatim. Bal: Fortunatior  
es, cui non teruntius. Se: Tu alienus es, ego in  
& ciuis sum. Bal: Si in patria agerem etiam de nundinis  
gauderem. Se: Expecto nunc & calcos, & thyram,  
me accepturum. Bal: Quis ista tibi accabitur? Se:  
Cognati & agnati mei, qui ex aliens adsunt oppidis.  
Bal: Vide ne mercimonijs impediti tui obliuiscantur. Se:  
Ego ipsos saepe admoneo & interpello. Bal: Rogare men-  
rum est. Se: Non stipem rogo, sed munus nun-

dina  
lubet  
data

D

N

Appr  
foribu

illuc

Gy:

sus ni

vbi n

rias

mans

aliqu

mult

Prim

ditar

sumpe

quod

eum c

afinu

modo

tur c

uiuio

diffi

libus



dinarium. Bal: Parum inter est. Se: Sit utcumq, ego  
lubens accipio ea munuscula. Bal: Certe desiperes, si  
data recusares.

DE NUNDINIS FRANCK FORDI-  
ensibus. Gysbertus & Andreas.

**N**Autæ nunc suas instruunt naues passim. An: Quo  
concessuri sunt? Gy: Franck fordiam versus An:  
Appropinquat ne tempus nundinarum? Gy: Mox in  
foribus erit, antequam istuc venient. An: Vellem & me  
illuc posse concedere, ibidem tibi quid exequendum esset?  
Gy: Præterquam quod ignota perlustrarem loca, pror-  
sus nihil. An: Pignor ego essem, quam quod eo tenderem  
ubi nihil esset quod agerem. Gy: Dulce est peragrassè va-  
rias vrbes. An: Præstat tamen quenquam in patria  
mansisse. Gy: Franck fordiam me hercule accederem, nisi  
aliqua me morarentur. An: Quæ te detinet? Gy: Sane  
multa, præcipuè tamen duo. An: Quæ illa sunt. Gy:  
Primum viatici carentia. An: Num id pater tibi suppe-  
ditaret? Gy: Nimio constat, ego iuuenis quantum ipse  
sumptus in diuersorijs facerem. An: Fidem habes, sed  
quod est alterum impedimentum? Gy: Dicunt, in itinere  
eum cui nunquam visa est Franck fordiam, tractari ut  
asinum inter simias. An: Et istuc nonnunquam vidi quo-  
modo aquæ immergabatur. Gy: Post illud & multan-  
tur credo pecunia. An: Forte aureum insunt con-  
uiuio, id parum est. Gy: Certe non parum est, quia  
difficilius acquisitu est pecunia. An: Tamen in simi-  
libus nihil deest.

D

De



## DE VITANDO MENDACIO.

*Euergissus & Hermannus.*

**N**ostra non diu amicitia constabit. Her: Mali quid ipsam infringeret? Euer: Mentiri assuescis. Her: Mentiri ioco, ferendum est. Euer: Anguem minus odi, quam mendacium. Her: Loqueris tu semper cer-  
? Euer: Aut sileo, aut quæ mihi constant loquor.  
Her: Iocaris ne interdum? Euer: Etiam sæpissime.  
Her: Qui iocari potes, si vero initeris? Euer: Ne-  
quit iocus per verum credis fieri? Her: Verum mor-  
dere solet & odium parere. Euer: Delectat ne tum  
sermo falsus? Her: Nugæ quanto maiores, tanto exhi-  
larant vberius. Euer: Frugi homines falsitate & men-  
dacio non capiuntur. Her: Non omnes sunt Solones,  
vt tu. Euer: Probi veritate sola tenentur. Her: Atta-  
men quandoq; dum carpuntur, inuiti eam recipiunt.  
Euer: Mendacio detestabilius in homine nihil esse po-  
test. Her: Lusorem, vel furem, vel latronem esse adhuc  
grauius est. Euer: Ah, minime, longe ista excedit men-  
tiri ipsum. Her: Credat hoc Iudæus Appella. Euer: Qui  
mentiri audet, nihil sceleris intentatum reliquit. Her:  
O tu mendacij contemptor. Euer: Vulgo fertur, fu-  
rari mendacium comitatur, Her: Vulgi non est inni-  
tendum sententia.

## DE CONFESSIOE.

*Thomas & Iodocus.*

**R**edolens, ne sacerdoti peccata tua? Io: Nondum  
Tl: ... mo excoqueris istud muneris? Io: Adhuc  
Cat



quid  
Her :  
vius  
r cer-  
quor.  
sime.  
: Ne-  
mor-  
tum  
exhi-  
men-  
lones,  
Atta-  
riunt.  
Te po-  
adhuc  
men-  
: Qui  
Her :  
fu-  
inni-

fat restat temporis. Tho : Peratto autem opere dulce est  
quiescere. Io : Etiam ante laborem quies est incunda.  
Tho : Sed non adeo delectat vt negotio confecto. Io : Af-  
sentia. Tho : Ego nunc confessum eo. Io : Comitabor te.  
Tho : Cui soles delicta enarrare ? an plebiario nostro.  
Io : Feci nunq̄, sed semper cuipiam monachorum. Tho :  
Istud & mihi est moris. Io : Apud illos plus mihi est de-  
uotionis. Tho : Et illi ipsi pecunie nihil expetunt. Io :  
Aliqui eorum tamen acciperent, si daretur. Tho : Times  
ne etiam sacerdoti peccata denudare. Io : Metuebam  
olim puer, nunc non. Tho : Metum quid tibi incutiebat ?  
Io : Dicebatur passim, quod vni à confessore fronti cla-  
uus infingeretur. Tho : Istud & ipse audiui, sed credebam  
nanquam. Io : Confiteris tu ex chartula ? Tho : Confite-  
or, alias timor omnium mihi induceret peccatorum ob-  
liuionem. Io : Prohibent tamen istud nonnulli confessi-  
onem audientes. Tho : Timent ne perdatur schedula,  
verum eam deinde illico comburo. Io : Latine ne reddis  
confessionem ? Tho : Non, sed germanicè loquor. Io : Con-  
fessor quadam vice volebat à me Romanum audire ser-  
monem. Tho : Fortassis pessime intellexit. Io : Certe pa-  
rum doctus fuit.

## DE COENA SUPREMA CHRISTI

cum discipulis & de die Parasceues.

Vincentius & Matthias.

ndum  
adhuc  
cat

**N**unc post triduum Pascha præsto erit. Mat : Verum  
sed illud triduum nondū elapsū est. Vin : Elabetur  
tamen citius, quam dies esuriales hactenus acti. Mat :

D 4

Magis



Magis autem & acerbius nunc esuriendum est. *Vin:* Id  
 refert nihil, carceri incluso egendum esset cibo. *Mat:* Ibi  
 necessitas eum urgeret. *Vin:* Hi dies tres mihi abibunt  
 perniciosissime. *Mat:* Quo delitia eos transiges? *Vin:* Spe  
 vescendi ovis paschalibus ( vt. vulgo fertur ) post ipsos.  
*Mat:* Pulchre dicis, nam spes quandoq; leuat aduersa.  
*Vin:* Vbi hodie intereris pedum lotioni? *Mat:* Cœnobium  
 aliquod religiosorum accedam. *Vin:* Quorum? *Mat:* In-  
 certus sum, quocunq; venero. *Vin:* Expectas aliquem  
 bolum opiparum? *Mat:* Vix, in quibusdam cœnobijs  
 mensæ accumbitur. *Vin:* Cui monasterio soles interesse  
 hoc die? *Mat:* Antonio diuo dicatis œdibus. *Vin:* Ibi-  
 dem quid consequeris lucri? *Mat:* Placentas duas tri-  
 ticeas. *Vin:* Accumbit quilibet istuc veniens mensæ?  
*Mat:* Assidet, & ante ipsum calix vini ponitur. *Vin:*  
 Et quot placentæ? *Mat:* Cuilibet duæ, & deinde vna  
 inter duos, de qua rodunt vt sitim excitent. *Vin:* De-  
 fert quisq; duas secum domi? *Mat:* Quid nî? *Vin:* Quo-  
 ties calices vino replentur? *Mat:* Tribus ( ni fallor ) vi-  
 cibus. *Vin:* Lauantur ne ibi pedes? *Mat:* Religiosis,  
 sed aduenis dextra manus. *Vin:* Quis Christi munus  
 exequitur? *Mat:* Cœnobijs Antistes, quem vulgus  
 praeceptorem appellat, vir nostra ætate verè literarum  
 Meccenas.

DE SVMPPTIONIS EVCHARISTIÆ  
 preparatione. Antonius & Mihael.

**H**Oc vesperi, si lubet tibi, vnâ modice bolum vnum  
 aut alterum edemus? *Mi:* Edere mihi non licet.  
 An:



*An: Es forte cras sacrum Christi corpus manducaturus?*  
*Mi: Ita stat sententia, si digne possem. An: Bolus ac ha-*  
*ustus vnus vini te nihil impedit. Mi: Nonnihil edam ne*  
*deficiam corpore. An: Quomodo te parare soles ad Sy-*  
*sumendam? Mi: Vespero os colluo aqua & eximo*  
*si quid cibi inhaeret dentibus. An: Praestaret cor a pec-*  
*candi voluntate purgare. Mi: Quantum possum, ne id*  
*negligo. An: Ad digne manducandum id confert oppido.*  
*Mi: Compertum habeo. An: Difficilimum est volun-*  
*tatem peccandi radicitus excutere. Mi: Fit facile si Dei*  
*precati fuerimus opitulamen. An: Istud sedulo iniuco.*  
*Mi: Tu confide sacramenti sumptionem tibi saluti futu-*  
*ram. An: Nosti quid facies, si hostia summo adhaerit*  
*palato? Mi: Scio, potu depono, non digito detraho. An:*  
*At, quam diu corpus Christi, in nostro manet ventre?*  
*Mi: Quo vsq, hostia materia fuerit decocta. An: Est ne*  
*expuendum illa die in terram? Mi: Ante cibum sump-*  
*tum vitandum est. An: Licebit tum prandio peracto?*  
*Mi: Concedetur, satius tamen esset (vulgi sententia) in*  
*parietem sputum emittere.*

**DE MORE POST GYMNASIA TRI-**  
**uialia accedendi scholas praecelsas, quas**  
**Bursas appellant.**  
**Vinandus & Crato.**

**P**Raeceptor erit nobis in prandio conuiuia. *Cra: Voca-*  
*rant eum parentes tui? Vi: Ego ipsum heri nomine*  
*parentum inuitaui. Cra: Cuius rei gratia? Vi: Id homo*  
*linguax mox dixisset. Cra: Tu loquace non es praestan-*



tior. *Vi*: Expetis scire causam? *Cra*: Vtiq; cupio. *Vi*:  
 Mea fit causa. *Cra*: Facile persuadebis mihi. *Vi*: Merce-  
 dem meae instructionis ei pendet pater. *Cra*: Hoc ipsum  
 oblectabit. *Vi*: Sed aliud audiet unde dolet. *Cra*: Lo-  
 quentur ne ei parentes tui lapides? *Vi*: Dicunt. *Cra*:  
 rula alterius subdueturum manus. *Cra*: In quo nam  
 Gymnasio militabis? *Vi*: Non in trivium, sed ubi stu-  
 dentes agunt nudis capitibus. *Cra*: In Bursane? *Vi*:  
 Ibidem scilicet. *Cra*: Cur nostram deseris palestram li-  
 terariam? *Vi*: Pudet me grandaeuum assidere tyrunculis  
 literarijs. *Cra*: Non puduit tamen Iudaeos assidere puero  
**IESU**. *Vi*: Etiam aetas mea exigit, vt grauiora petam  
 studia. *Cra*: Vide vt primam & rudem prius calleas  
 eruditionem. *Vi*: Si quid meis defuerit rudimentis, tem-  
 pus addet. *Cra*: Sed forsitan non omnis schola. *Vi*: Noli  
 mihi tutor esse. *Cra*: Nosti ne cur Gymnasia ista Philo-  
 sophiae Bursae vocentur? *Vi*: Doceas me, auscultabo.  
*Cra*: Bursae (quod nonnullis crumena est) quia crume-  
 nam exigunt. *Vi*: Qui hoc? *Cra*: Quia gradus manuum  
 nominum magno in ipsis veniunt.

**DE DEPENDENDIS (VT**  
 aium) cornibus beunitatis.

Petrus & Urbanus.

**H**Eus tu? Audisti ne vnquam prouerbium, odit figu-  
 lus figulum? *Vr*: Hisce hausi aures sapientissime.  
*Pe*: Nosti quid velit? *Vr*: Noui diuissime. *Pe*: Explica  
 vt audiam. *Vr*: Id est, quisq; artis suae odit rivalem. *Pe*:  
 Hac inter detitos literis etiam est simultas? *Vr*: Est inter  
 studen-



studentes & nos, quos beanos vocant. Pe: Credis ne tu,  
cornua nos gerere vt ipsi garrunt. Vr: Ignoro, nam me  
ipsum non nosco. Pe: Nemo persuadebit mihi. Vr: Ipsi  
tamen dicunt, & olim se ea habuisse. Pe: Nugantur  
& nos hircum olere. Vr: Istud est facilius creditu. Pe:  
Ais & tu, vnde conijcis? Vr: Sordemus à frustis panis  
delinitis, quæ sæpe ad diem in sinu gessimus. Pe: An,  
nos liberent ab his duobus vicijs, dum cornua nobis tol-  
lunt? Vr: Sic habet fides ipsorum. Pe: Fides ista vanior  
est mulierum credulitate. Vr: Ipse fortassis breui expe-  
riar. Pe: Tollentur tibi cornua? Vr: Auferentur, si-  
mul & sordicies. Pe: O si liceret me esse spectatorem.  
Vr: Ego quoq; spectare malle quam ferre. Pe: Vi-  
distin quandoq; spectaculum istud? Vr: Nusquam inte-  
grè. Pe: Tractabunt te vt asinum inter simias. Vr: Laci-  
am aleam, non tamen de capite agitur.

### QVOD DIFFICILE ET AMARVM

fit à tepesfacto surgere lecto.

Cornelius & Petrus.

AH, si liceret nobis diutius stertere. Pe: Hoc &  
ego optarem. Cor: Me sopor oppido adhuc gra-  
uat. Pet: Et mihi oculi sunt constricti. Cor: Sputo  
ipsos linas & aperientur. Pe: Incipio vti visu. Cor: Sed  
surgemus ne? Pe: Tuæ subscribam sententiã. Cor: Fri-  
gus est acre. Pe: Sensi dum è lodice extendi manum. Cor:  
Præstaret nido tepido immorari, quàm à cubitu resur-  
gere. Pe: Probe mones. Cor: Frigus non rinus ac culter  
lædit. Pe: Istud nasus & manus sequuntur. Cor:

Paax-







parentibus visum esset. Era: Non posses scio, a matre ab-  
esse. Ad: Qui hoc nosti? Era: Nonnunquam memillas  
te sugere oportet. Ad: Assum sumerem, & matris devo-  
uerem conspectum. Era: Si tibi liberum fuerit, vespe-  
ri mihi adsis. Ad: Dabis mihi monumentum pressus?  
Era: Largiar, & cras prima luce hinc ante coluam.  
Ad: Precabor parentes meos, quo comenire. Era:  
Istud facito & venias, bellos homunculos & . Ad:  
Si per parentes potuero, non manebo.

### QUANDO QVIS S.

scientia habeat vel sciat.

Ioannes & Iacobus.

**T**V veterane miles assides adhuc libris? Ia: Nihil ni-  
hil agere possum commodius. Io: Tranquilla, nunc  
sumeres vitam, ociando & potando. Ia: Nulli mihi  
tranquillior est vita quam literaria. Io: Satis enim sci-  
entia habes. Ia: Scientiam vix prioribus labi attigi. Io:  
Nunc tuum ipsius encomium taces. Ia: Loquor quid res  
est. Io: Tamen omnes tuos commilitones peritiam excellis.  
Ia: Facile est amicos præcellere. Io: Si tua mihi esset eru-  
ditio, libros raro salutarem. Ia: Tum certe tibi impos-  
poneres. Io: Non moror Philosophia fastigium. Ia: Et  
e nollem alijs esse imperitior. Io: Precor ediffere, quan-  
is scia scientia habeat. Ia: Quod quæris, mei age-  
res excedit. Io: Respondeas saltem, quantum per  
inervam potuero. Ia: Respondeo, quando nihil igno-  
t. Io: Tuo iudicio (vt audio) nullus fieret doctus  
capio . . . . . elis. Io: Quia illi qui habentur piam



eruant, adhuc multa ignorant, vt artes ipsas manuarias.  
Ia: Nescire illas iteras deditum refert nihil. Io: Speras  
etiam te olim conecuturū scientiā metam? Ia: Si Nesto-  
ris auidio sententiam, tunc nunq̄. Io: Quid Nestor dixit  
de scientiarum meta? Ia: Retulit se & senem fieri, & in-  
dicit prius se velle discere. Io: Quem Plato literatū censuit?  
Ia: Eum, qui omnium scientiarum esset vtcunq̄ gnarus.

### DE MORE STANDI AD CYATHOS.

Adrianus & Christophorus.

Quam occupatissimi omnes cras rimus domi no-  
tra. Chri: Vnde istæ occupationes? Adri: Permultæ  
apud nos prandebunt. Chri: Facient tui parentes soli  
suum? Adri: Vtiq̄, solemus hoc die annuo vicinos  
ex bere conuiuio. Chri: Gentiles Romanos imitamini.  
Adri: Solebant ne & illi inter se solenne agitare conuiu-  
um? Chri: Solebant, si Valerio Maximo creditur. Adri:  
Et hoc inuitabant? Chri: Solos amicos. Adri: Apud po-  
culum quid tæstabant? Chri: Anni spacio inter se ortam  
inuidiam leniebant. Adri: Ni fallor & ea gratia nobis  
ma ille est. Chri: Facile credidero. Adri: M h autem  
cras plus alijs sudandum erit. Chri: Quod tibi committe-  
tu minus? Adri: Alijs accumbentibus standum mihi  
erit ad cyathos. Chri: Est illud tibi molestum? Adri: Non  
molestum admodum sed laboriosum. Chri: Conuiuæ tibi  
in erdum calices exorbendos dabunt. Adri: Certe istas  
elicias non flagito. Chri: Tamen aliquorum palata iu-  
uant. Adri: Gantharus quo pocula implebo, & patinas  
illere, me uerabunt. Chri: Non licebit tibi fesso, alteri  
trade-



trahere in detursu lampadem? Adri: Tum omnes me  
incusarent desidia. Chri: Simulares te agrotare. Adri:  
Absit istud, quia tunc lautis priuarer bolis. Chri: Mini-  
me, nescis delicatoria porrigi ægris.

### QVIBVS VTENDVM VERBIS DVM

vinum foris emptum, mensæ affertur.

Emericus & Crystantus.

**Q**uippiam te rogarem, si scirem non recusaturum.  
Cry: Si potuero, haud difficilis ero. Eme: Poteris  
facile, si te non grauauerit. Cry: Grauabit me nequa-  
quam si prestare possum. Eme: Doceas me oro, quibus  
verbis vinum afferam mensæ mercatum vel latum fo-  
ris. Cry: Nihil ac lubens fecero. Eme: Loquere tu vt  
vinum afferens, ego ac mensæ accumbens respondebo.  
Cry: Faciam, tu vide commodè respondeas. Eme: Au-  
spicare. Cry: Hoc vini profu bibentibus. Eme: Et tibi  
afferenti. Cry: Istud vini bibentibus non obicit. Eme:  
Neq; tibi adducenti. Cry: Vinum quod apponitur vobis  
omnibus saluiferum. Eme: Et tibi apportanti salutem  
præbeat. Cry: Merum hoc quod foris tuli, fœlix sit vobis  
potus. Eme: Neq; infœlix sit tibi nuncio. Cry: Hic Bac-  
chicus potus vobis omnibus fortunatus sit. Eme: Tale  
sit & tibi id nobis precantibus. Cry: Hoc vini. Deus  
salubre faciat. Eme: Itidem & tibi redat. Cry: In-  
cissimo omine hæc Bacchica bibite munera. Eme: Et  
quoq; fœlici auspicio de ipsis sumito. Cry: Has vineas u-  
res opto vobis omnibus secundas. Eme: Gratiam habe-  
neq; tibi sint minus saluifera.

DE



## DO STERNENDI MENSAM.

*Crato & Valterus.*

**A** Vdū tu horologium? *Val:* Audio, quid inde? *Cra:*  
Scis quotam sonat horam? *Val:* Aestimo nonam. *Cra:*  
*Si addideris vnum vera loqueris.* *Val:* Sonat decimam.  
*Cra:* Accelera tu domum versus. *Val:* Tardus non ibo.  
*Cra:* Appara mensam ante patris aduentum. *Val:* Timeo  
ne tam cito possim. *Cra:* Veni, iuuabo te. *Val:* Ah leua  
mihi laborem. *Cra:* Faciam, sed alia vice & me auxilio  
afficies. *Val:* Experieris me diligentiolem quā putas.  
*Cra:* Linteū quo mensa sternitur feras, ego panem querā.  
*Val:* Linteum nondum ab hesternā cōna euacuatum est.  
*Cra:* Illico effunde, si quid intus est quis quiliarum. *Val:*  
En, feci, mensam sterno. *Cra:* Panis nondum est decorti-  
catus. *Val:* Ego celerrime ipsum perpoliam. *Cra:* Confero  
me eductum cereuisiam. *Val:* Vade vorans viam. *Cra:*  
Rursum praesto sum. *Val:* Quadras porrige. *Cra:* Aereas  
vel ligneas? *Val:* Ligneas primum. *Cra:* Circinum in me-  
diū mensae ponas. *Val:* Tu salis sis memor. *Cra:* Cuili-  
bet quadræ frustum panis appone. *Val:* Et tu singulis  
poculum adde Cereuisiae. *Cra:* Quid nunc restat? *Val:*  
Calices vini elue. *Cra:* Satis mature istud fiet vino allato.  
*Val:* Max. aderit qui vinum afferet.

## MISERVM ESSE IN PRAN-

dium venire peractā fabula.

*Balthasar & Liborius.*

**T** saltas nunc, ego potius flerem. *Ly:* Fleres forte  
peccis oculis. *Bal:* Certe oculis madentibus. *Ly:* Non  
tamen



AM.

Cra:

n. Cra:

mam.

on ibo.

Timeo

h leua

uxilio

putas.

quarā.

um est.

n. Val:

ecorti-

onfero

n. Cra:

Ereas

in me-

Cuili-

ngulis.

Val:

allato.

forte

: Non

amen



in  
qu  
Yr  
pu  
Ve  
co  
sun  
ma  
tus  
ten  
for  
no  
ign  
ed  
gia  
mi  
bu  
di  
ni  
di  
no  
ip  
mi  
ser  
Sp  
tal  
va  
ser  
be



in aluum diuitum, nobis pauperibus in his orbibus reliquit pinguedinis vestigia. Co: O quam mellite sapiunt. Yr: Longè dulcius carnes, cuius iusculo madent, sapuerunt. Am: Optimum condimentum fames est. Con: Verum, crudas fabas (ut vulgo fertur) sapere ac coctas efficit. Sa: Nunc eleemosinas has edite, durae sunt, attamen stomachum replebunt aquae ac molissimae forent. Yr: Sitio, quid in lignea hac lagena est potus? Sa: Cereuisia est è solo furfure cocta, quam vulgo tenuem potum dicunt. Co: Pitifabo eam. So: Facito, forte palato non displicebit. Co: Vicunq; valet, verum non satis igne est elixa. Sa: Stomachus consumet quod ignis calore non praestitit. Am: Praeter hoc nihil quod edamus, habes? Sa: Nonnihil iusculi mihi est, sed frigidum, lignis careo, aliàs calidum facerem. Am: O te miserrimum Salaconem, cares lignis? tamen foris ambulas lautè vestitus et opulentissimus esses. Sa: Interdum conductitijs me orno vestibus. Co: Mortalium omnium nos miserrimi sumus, qui ad crepidinem et fores diuitum cogimur commeatum conquirere. Sa: Miseriae nostrae meminit Plautus dicens. Miser homo est, qui ipse sibi quod edit, querit, et id aegre inuenit, sed ille miserior qui aegre querit, et nihil inuenit; ille miserrimus qui cum esse cupit, quod edat non habet. Am: Sperandum, quod aliquando nostra fortuna immutabitur, nam omnium rerum (ut Comicus dicit) est vicissitudo. Yr: Salus unica nobis est, ut Capnion scripsit, quod nihil possumus perdere, cum nihil habeamus. Sa: Diuitum vita semper est sollicita et cu-

K

rarum



rarum plena. Co: Hinc soluemus anchoram emendi-  
candi, iam hora instat nam apud diuites modo men-  
sa tollentur. Am: Hymnum gratiarum actionis di-  
cas. Sa: Deus pauperum consolator omniumq; alum-  
nus, de habitis hic bolis gratiam habeat, nobisq; sit  
auxilio, ut alias dapes precarias nanciscamur. Con:  
Amen. Sa: Nunc quisq; diuitum aulas adeat stipem  
præcatum in cœnam. Con: Fiet, tu vale.

### CONVIVIUM PLEBEIUM VEL

vulgare. Henno hospes, Greta uxor, Dro-  
mo, Parmeno & Simo, Vicini  
& conuiuæ.

**D**Ro. Vbi est noster vicinus Henno? Gre: Non pro-  
cul abest, quid ipsum queritis? Dr: Conuiuæ sibi  
esse volumus, si integrum fuerit. Gre: In horreo est,  
dans pabulum equis, aduocabo ipsum. Heus heus Henno  
adsis. Hen: Quid me vis? Gre: Hic nonnulli te conuen-  
tum expetunt. Hen: Adero celerrime. O mei vicini quid  
uestri aduentus portendunt, quidue aduenistis? Si: Ve-  
nimus tecum pransuri, domi nostræ culinæ argent, vxor-  
es in agris sunt & hortis. Hen: Per Herculem in fœlici  
auspicio aduenistis, ignoro an noster focus splendeat Gre-  
ta, & quid in prandium nobis parasti eduliorum? Gre:  
Olusculum cum duobus frustellis carnis porcinae. Hen:  
Sufficiet, tum & butyro ac caseo vescemur, sed est ad  
edendum maturum? Gre: Pene, quando volueritis lin-  
theo mensam tegam & prandium parabo. Hen: Quam  
primum potueris, facito, hi vicini fortè esuriunt. Pa:  
Non



Non vsq; adeo. Hen: Ex aquali lauetis manus & mensæ  
assidete. Dro: Fiet, nunc quisq; apud se orationem dicat,  
hic nullus est qui latine cibum benedicat. Hen: Ipse di-  
cam Benedicite, in nomine patris & filij & spiritus san-  
cti, Amen. Pa: Est benedictio admodum succincta. Hen:  
Eam. Parreianus quondam docuit me. Olere & carne  
illa porcina famem pellite, venistis subiti hospites ideo  
& presentia boni consulite, si aduentus vestros præsci-  
nissimus, splendidius parauissimus cibum. Pa: Sileas,  
illa domestica patina & in adibus nostris viuimus,  
quid ni & tum apud te ipsa essemus contenti. Sim:  
Multi patinas alienas spernunt, & in suis tugurijs vix  
nudo pascuntur pane. Dro: Ipse reijcio & contemno ni-  
hil, præter pugnos. Gre: Edite de oleris illa, hodie in hor-  
tulo nostro recens est decerptum. Pa.: Belli saporis est,  
nam adipe madet. Simo, Porcina caro illa pinguet admo-  
dum. Hen: Sus erat nostra cura alitus & educatus.  
Simo, Tibi præbibo de hoc potu nostro domestico. Simo,  
Tibi non incommodet. Dro: Tu mihi propines, nam sitiò  
acerbe. Simo, Postquam bibero, tibi lagenam porrigam.  
Dro: Bibe raptim, morari nequeo. Hen: Tu vxor  
mea dilecta, lactis coagulatae aliquid prome, si quem-  
piam delectaret. Gre: Afferam, sed forte dulce non erit.  
Hen: Salubrius est, sine dulcedine. Gre: Qui capitur la-  
cte, edat. Dro: Plurimum meo arridet palato. Par: Tem-  
pore æstus stomacho conuenit admodum, quia frigore  
suo ipsum perfundit. Hen: Si, lubet, cibo non parcite,  
aut carne, aut lacte vescimini. Par: Adulti sumus, eden-  
dum esse scimus ad dapes et patinas. Hen: Caseum si quem



*habes pinguedine conditum, non è vitiatò lacte paratum, eum deprome & butyri recentis nonnihil. Gre: Butyri illud maio mensæ contusum à me, eo panem linate. Hen: De hoc caseo sumite aut butyro, ut lenes animis efficiamini. Simo: Vicine noster Henno tibi propino. Hen: Salutem opto, imbibas. Dro: Fac tolli mensam, nobis in rus ad uxores eundum est. Hen: Vxor conde singula. Gratia sit cuncti potenti Deo qui nos alit sua clementia, crescereq; è terra facit, quo nos indigni vescimur, Per Christum dominum nostrum. Con: Amen. Hen: Vicini mei parcum hoc prandiolum gratis accipite animis, vile fuit, ut villicorum solet esse mensa, vino caruimus, nam care venit, bibentibusq; obesse solet. Con: Tibi nunc agimus gratias, si aliquando tibi libuerit rursum & ad nostras edes patinas.*

**CONVIVIUM DIVITVM SIVE**  
*opulentorum.*

*Cræsus, Hospes, Crassus, Alchmeon, Tantalus, Seruus, Vxor.*

**S***erue i vocatum ad me Crassum, Alchmeonem & Tantalum, ut mihi in prandio sint conuiuæ, alioqui soli cœnaturò. Ser: Ibo faceßsum mandatum. Cre: Dic me nolle ut emaneant. Ser: Eloquar. Salue crasse. Cra: Et tu. Ser: Rogat herus meus, ut sibi conuiuia esse digneris. Cra: Certe minus mihi iam est integrum. Ser: Iussit ut dicerem se nolle recusari, etiam Alchmeonem, & Tantalum vocabo. Cra: Age tum veniam.*

*Ser:*



pa-  
re:  
n li-  
enes  
tibi  
tollit  
Ien:  
Deo  
icit,  
num  
hoc  
vil-  
care  
agi-  
ad

Ser: Facias, ab eo quæsitum & alios duos. Sis saluus  
mi Alchmeon. Al: Tu quoq;. Ser: Herum meum con-  
uenire debes iam in prandium. Al: Prandebit solus?  
Ser: Non, sed Crassus ipse aderit, & Tantalum iam  
ibo-vocatum. Al: Tum lubens adueniam. Ser: Præter  
vos tres penitus neminem ad mensam inuitauit. Al:  
Abi Tantalum quæsitum, ego me accingam. Ser: Ibo,  
Salue Tantale honestissime. Tan: Et tu saluus sis. Ser:  
Vult dominus meus ut secum prandeas, est quod te  
conuentum cupit. Tan: Iam volebam auspicari prandi-  
um. Ser: Parce isti impendio in vesperum & ædes  
nostras inuise. Tan: Auscultabo & comitabor te. Ser:  
Sic facias, & hero meo rem gratam facies. Cre: Ad-  
uenire vestrum est gratum mei amici, vocaui vos alio  
qui solus prandissem, quo nihil magis aduersum mihi  
est. Con: Et nobis acceptius nihil est quam aliena vi-  
uere quadra. Cre: Mambus aquam præbe tu serue.  
Lauetis, deinde accumbite. Tu Crasse istuc sedeas, tum  
tu Alchmeon, deinde Tantale accubitum eas. Cra: Tu  
hospes superne & prior accumbas. Cra: Hic mihi &  
meæ uxori est sedendi locus Benedicite. Con: Dominus.  
Cra: Christus saluator omnium, redemptor & creden-  
tium, nobis huius prandij alimenta benedicta fa-  
velit, ut ipsa in salutem animarum.  
Amen. Cre: Has gallinas dirump-  
tico bolos panis madefacite. Con: D  
Serue vinum cyathis infunde  
effectum reddam. Cre: Ebrite hi  
sat vobis largiar. Al: Impigri a



Cre: Poculum hoc vobis præbiam, ut grati vestri  
sint aduentus. Tan: Salutiferè sumas haustum istum.  
Cre: Serue tolle hæc & assas carnes præbe & puras  
quadras. Cra: Alchmeon calicem medium tibi præ-  
bibo. Al: Sit commodo. Cra: Nunc & tu bibe. De  
his perdicibus, vel lepore aut capis illaridatis edite,  
quisq; suo palato iucundum accipiat. Cra: Cræse hospes  
propinabo tibi, si alteri præbibere volueris? Cre:  
Bibe, mei muneris ad pocula immemor esse non soleo.  
Al: O quam deliciosos & voluptarios dies agimus nos  
opulenti, cum interim pauperes esuriant. Tan: Pa-  
nis vix sat habent nonnulli inopum. Cre: Opum mihi  
tantum est, quo exercitum alere vellem copiosum. Cra:  
Et ego & frugibus & ære abundo non parum. Tan:  
Argenti & bonorum aceruum & ego possideo. Cr:  
Viuiamus igitur genialiter. Cra: Posteris meis non  
multum relinquam. Ta: Opibus ego quoad vixero po-  
tiar, nepotes mei si egebunt, querant, ut ipse quon-  
dam feci. Vx: Sed interim cibi estis immemores. Cre:  
Serue bellaria affer. Cra: Illa non expectabimus. Alio  
nos vocant negotia, fac hymnum legi, nobis abeun-  
dum est. Cre: Benedictus qui est in secula seculorum,  
qui nunc habet laudem & honorem, nostriq;  
Amen.

#### IVM PASCHALE.

Ioannes, Marcus, Benedi-  
ctus, Gotfridus, Thyman-  
Famuli domus.



**V**T se habent vestri stomachi & ventres, sunt ne  
vacui? Fa: Crepitant instar veteris membranæ  
librorum, & nouarum solearum. Mar: Ecastor ilia  
mibi crepant, fauces lipiunt fame, crura ferre me no-  
lunt brachia vix tollere possum, ita viribus ieiunio  
sum exhaustus instar lucerne oleo exiccato. Pa: Aqua  
manus singuli abluite, paschalibus & nouis cibis amissas  
corporeas vires resarciemus. Be: Impigre nos accinge-  
mus patinis istis. Pa: Benedicite. Fa: Dominus. Pa: Hæc  
est dies quam fecti dominus, exultemus & letemur in ea.  
Pascha nostrum immolatus est Christus, itaq; epulemur  
in azymis sinceritatis & veritatis Halleluia. Pater no-  
ster. Ouum quisq; accipiat, deinde de perna & alijs car-  
nibus. Thy: Esuries & fames mibi fuit vehemens. Pa:  
Eam mutes iam saturitate. Ias: Laus superis quod ad-  
hunc diem superstites mansimus. Go: Gaudeo plurimum  
huiusmodi pisces in patinas redisse. Mar: Hi pisces robur  
præbent maius, quam esuriæ cibis. Be: Istud hodie ex-  
periar an vires accipiam validiores. Pa: Alterum edite  
ouum si lubet. Mar: Vnum adhuc edam. Thy: Pernam  
ego petam cultro, experiarq; vt sapiat. Bene: Marce, quod  
oua vna vice posses iniurgitare? Mar: Octo sine opera &  
labore. Ioan: Dura an mollia? Mar: Adhuc fluida, non in-  
durata. Io: At cuius generis vel farina? Mar: Gallinis  
parta. Io: Estimabam ea quæ ad seperiam sole torren-  
tur. Mar: Illa tibi vulturi essent apta. Thy: Tu in ouis  
edendis octo aliorum munere posses fungi. Ias: Edendo  
ipsa pensum meum belle persoluere vellem, si certatim  
comederemus. Pa: Carnes in sculo elixas affer tu puer.



Præbibo vobis hoc sacro paschatis die. Fam: Confe-  
rat tibi bibenti. Pa: Inuicem vobis bibite, lætosq;  
a imos poculis vobis facite. Got: Iohannes amicitia,  
& charitatis haustu te adoriar. Io: Accipiam abs te  
libenter. Be: Hero nostro propino. Pa: Bibe fœlici-  
ter. Puer, assas carnes vrome, his saturi sumus. Io:  
Bene te vitrum hoc tibi medium propino, verum  
tu bibe quantum volueris. Be: Auspicato bibas, tum  
& ipse potabo. Ias: Thylmanne à prandio tuas ades  
inuisemus omnes, vis nos ouis excipere? Thy: Ne gry  
quidem largiar. Tabernæ hospes non sum, si conui-  
uari vultis diuersoria accedite. Go: Marcus nos me-  
dio agno, frustosq; vitulinae carnis exciperet, si suum  
domicilium adiremus. Mar: Ad Kalendas græcas.  
Be: Nihil immune nobis daretis sacris ferijs? Mar:  
Nil nisi sellas & scamna vobis impartiar. Be: Istitis  
tu stomachum ieiunium pascas. Pa: Cibo vtimini vt  
tollatur, apetit hora concionem sacram audiendi, qui  
assa carne delectatur Crysippum non agat. Puer bel-  
laria fac adsint, & hæc vt tollantur. Thy: Marce,  
haustam pascalem tibi propino. Mar: Quid pascha-  
lem? vini haustum malo, eo corculum meum iuuo.  
Pa: A cibo templa adite, auditum sacram concionem,  
precesq; vespertinas, & ad cœnam in tempore ad-  
sitis denuo, sacratissima hodie sunt ferie. Go: Nus-  
quam ibimus nisi fortassis ad Marcum, degustatum  
de ouis suæ mensæ. Mar: Si veneritis, ante fores  
vobis mandandum erit. Pa: De his nouis & pascali-  
bus obsonijs benedicimus domino. Fam: Deo gratias.

Pa.



Pa: Benedictus & gloriosus sit Dei filius, qui hodie  
eterna die à morte resurgens, ab æterna nos liberat  
morte. Fam: Amen.

CONVIVIUM NUNDINARIUM,  
sive dedicationis Templi.

Villicus, Vxor, Pistor, Textor, Calcearius  
ex Urbe Ciues, Seruus.

**C**Vxor mea Elsa, vt sacrificio missæ peracto,  
per ceteraq; obsonia sat cocta sint, forte ex ur  
nos amiculi nonnulli inuisent. Vx: Enitar pro viribi  
tu seruum iube scopis verrere pauimentum horrei  
cubiculi, in quo conuiuæ sedebunt prandentes. Vil  
Serue cubiculum à pulueribus redde purissimum, p  
rietibusq; adherentes arancarum telas depone, ne qu  
sit quod conuiuus nauseam inferat. Ser: Curabo. V  
Piperis habeas præcipuam curam, ne aduratur  
neue inspidum fiat, nam ipsum in primis mundinar  
tempore palatis aduenarum placere solet. Vx: Q  
culinæ sunt munia, sine te exequar bellissime, me  
quere permitte, & tu cocta edas, satis adulta sum, n  
egeo in coquendo te instructore. Vi: Hic adueni  
tres amiculi ex urbe. Vx: Qui sunt? Vi: Pistor nos  
focer, calcearius affinis, & textor cognatus nobis. V  
Veniunt inuicem? Vil: Etiam & manibus conserti  
vt amicissimi ducunt. Vx: Subito nunc tu serue m  
sam sterne, singulaq; quibus opus erit, impone. Seru  
illo moram non faciam. Vx: Ipsa tum obsonijs proper  
ocysime. Pi: Sis saluus ô Villice, quid geris? Vil: Sa



is & vos, gratulor vestro aduentui. Pi: Vbi nundina-  
nt vel: nundinarum gaudium, in templo ne vel ad fo-  
m? Vi: Spero quod vtrobiq. Tex: Præstat in coquina,  
eâm in templo nundinas esse, nam stomachis prodest ma-  
i. Vil: At Plebearius noster maunlt in æde sacra nan-  
nas celebrari. Cal: Vnus ille homo est, cuius inexplebi-  
est toculus. Vil: Adsitis, limen transcendite, mox  
tindium instruetur. Pi: Vbi vxor latet? Vil: In culina  
efocum, ad posticum si opus est mictum ite, iam piper  
coctum erit. Te: Vrina non premimur. Salue Elsa, vt  
ales, tu sollicita Martha es. El: Grati aduenistis, valeo  
illissime, sed sine pecunia. Cubiculum inretis iam  
sonia mittam à foco. Vil: Ex aquali hoc manus mun-  
te, tum mensa assidete, loco benedicite, quisq. oratio-  
m apud se dicat, hic doctus non est. Pi: Cruce signe-  
lus consecr abimusq. cibum nosipsi, vbi eruditus de-  
trrit. Vil: Piper hoc degustate, spero palatis placebit.  
t: Sapidum vj oppido. Ca: Adueniat vxor tua. Vi: Illa  
dina penso executo; adueniet. Edite alacriter, caro in  
dere cocta lepusculus est, heri à me venatus. Pi: Licet  
pi per nobiles venari lepores? Vil: Nundinarum  
li tempore concedunt. Cal: Elsa coquere nosti dap-  
ice. Vx: Coquo more villico & agresti, vt rustici  
pint. Pi: Sat opimus est apparatus & dedicatus. Vil:  
sbite de hac villana nostra Cereuisia, in vrbe præcio-  
gem haberetis. Tex: Satis iucunda est sapore. Vx:  
per hoc lambite, tum intus denigrabimini. Pi: Mul-  
-n ipsius edimus. Vil: Vxor tolle piper, & tostas  
ler carnes. Tu serue vinum cyathis infunde. Vinum  
hoc,



hoc, hic in nostro Oenopolio venditur sedecim o.  
Pi: Vili ære venit, dignum ut carius venderetur.  
Tex: Præbibo tibi Villice. Vil: Prosit tibi. Aguinam  
carnem ad veru paratam attingite, delictiorem non  
habebitis. Omnibus præbibo ut accepta sit vestra præ-  
sentia. Cal: Bibe dei nomine. Pi: Audio vtriculari-  
um, choreas ludit, pergemus illuc & nos. Vx: Prius  
oremus. Vil: Agimus gratias vero Christianorum Deo,  
ob omnia nobis præstita beneficia. Pi: Amen. Vil: Nunc  
abite ductum choreas.

### CONVIVIVM CAMPESTRE.

Campum viridem animi recreandi gratia acce-  
dunt Horatius hospes, Henricus, Volfgang-  
us, Maximilianus conuina, & Ma-  
trona nonnullæ.

QVam dulciter & iucundè nunc aura blanditur,  
vndiq; locorum floridum est, herbis & frondi-  
bus nascentibus. Hen: Omnia nunc virent nunc for-  
mosissimus annus. Vol: Germinant nunc omnia, prata  
agri, horti & sylva. Max: Auicula ærem, nunc pro-  
strepunt dulci cantu, è nidis quibus hyeme tota delitue-  
runt, erumpunt. Ho: Egrediuntur & nunc homines  
agminatim in campum vel pomerium, cibo & potu in  
viridibus locis se oblectantes. Hen: Exeamus & nos ad  
horas ~~in~~ vid vsq; insidemus funosis & obscuris  
tectis, in apertum campum cum auibus repetemus. Vo:  
Rusticari nunc conueniret, se comæatum habere, quomodo  
quo nos ut alij solent homines, exhilararemus. Ho:



vobis impertiar pernam suillam, & duas vini  
mensuras. Max: Tum deinde reliquum sumptum facie-  
mus nos. Hen: Pari asse deponemus nos alij. Vol: Nym-  
phas bellulas oportet & congregari, alias hilaritatis ha-  
beremus nihil. Ho: Vxorculæ nostræ & famulæ comi-  
tes erunt nobis, quæ sub palijs cibatum ferent. Max:  
Non diu moremur, si quovis volumus, properemus,  
antequam vespera appetat. Ho: Audi tu vxor mea,  
sportulam obsonatoriam para ac reple perna hodie elixa,  
& vini aliquot promi mensuras, in pomerium, ex-  
paciatum ibimus. Vx: Dicto citius expediam. Ho:  
Nos præcedemus, tu cum culinæ ministra sequere ad  
portam nos inuenietis. Vx: Sat est, vos pedetentim  
racedite. Ho: Eamus, ponè subibit coniunx. He:  
Quam delectabile est iam deambulare, & repere sub  
frondibus & in viridi gramine. Vo: Est per Herculem.  
Ma: At, quod pomerium accedemus? He: Vbi minus  
hominum erit. Ho: Ibi conuenit, ne multos nostrorum  
gestuum habeamus spectatores. Vol: Possent & multi  
suspitari matronas que aderunt inhonestas esse, no-  
bisq; amicas meretriceas. Ma: Videbimus vbi maior  
erit solitudo. Hen: Hic in Oenopolio aliquid vini &  
nostro nomine emamus. Vo: Vbi lagena est in qua fe-  
remus? Max: Ad fidem dabunt vinum qui vendunt,  
mox rediturum & relaturum te dicas. Vol: Quantum  
portem. Hen: Quatuor mensuras mercare, tum inter  
nos exuoluemus. Vol: Vbi vos reperiam? Ma: Ad  
portam te manebimus. Ho: En alias à longe subse-  
quitur vxor mea, famula comitante. He: Moremur  
eas



vinum & vinum à vobis emptum afferetur. Ho-  
stemus gradus, perplacet mihi. Vx: Vt ita pra-  
tis, vix potuimus assequi. Hor: Lento tamen g-  
iuimus. Ma: Adest & nostri aeris vinum. Ho: In-  
men nunc decumbamus. Vxor: Deprome quod atti-  
dapis, tu famula vinum cyatis infunde. Vol:  
i: Venopolis lagenam mutuo dabant mihi, qui  
ignotus eram. Ho: Edamus nunc, & poculis  
lectemus. Ma: O quàm lepidum est & iucundum  
in loco. Ho: Propino tibi vxor. Vx: Bibe bonis a-  
Hen: Præbibo tibi. Ma: Sit commodo. Ho: P-  
degustate, tum bibere delectabit vos. Vo: A-  
prandij cibo saturi sumus. Ho: Edere si non lib-  
crius bibite. Ma: Sipienti propino. Hen: Ille  
sum, tibi pari haustu respondebo. Vo: Puella illa  
tu & cibo abstinet. Vx: Puellarum non est bil-  
summis labris data pocula lambere & pitifari.  
Hesperus instat, redeundum est domum. Ma:  
lubet, in nobis mora non erit. Ho: Exurgite,  
mus. Hen: Celeres congregiemur.

### CONVIVIUM SATYRICUM

sive inuettium,

Iuuenalis hospes, Bartholdus, Georgius

Antonius, Martinus conuiuius

& Seruus.

**S**alui sitis literarum cultores seruidi. I-  
sis & tu poëta eloquentissime. In: Quis  
negotij geritis? Ge: Equidem otium non



us. Iu: Nihil literarij tractatus? Bar: Commenta-  
mutuo nescio quia. Iu: Non vos praemit astus? im-  
petite aut tecta, non parum incommodat rabies illa  
ularis stellae, quam nunc sol incolit. An: Domibus  
hyemem morati sumus. Iu: Has meas ades et  
subite, potu vos excipiam. Ma: Sumptui isti par-  
onsumimus oppido. Iuue: Obsequimini, si-  
ugabimur mutuo, ipse canus, adolescentibus  
is delector, ut nihil supra. He: Frontem perfrica-  
s, et tua subibimus tecta. Iu: Accedite audientibus  
is, meumque non fugite senium, ipse et olim adoles-  
ci. Bar: Canos tuos non fugimus, sed formidamus  
et pueri, tibi in literis emerito militi conuiuere.  
rue et promptum cereuisiae pocula aliquot et vini.  
errime curabo. Iu: Potus astus tempore in precio  
ignis, aestimatur, ubi calore arent labella. Se: Hic  
prostit libentibus. Iu: Adolescentibus vobis litera-  
ridis praebibo. Co: Salutem precamur ut potes.  
sq, vestrum labia potu madida faciat, deinde  
nunc potus acceptior est cibo, sed utro plus  
uni eo utimini. Con: Vtroque iuxta gaudemus,  
itum postquam sedaueritis, literarij aliquid nu-  
inucem. Co: De literis loqui nostras ingenio-  
dat vires, ipsis primoribus labijs vix de gusta-  
i: Intellego non usque adeo ipsarum rudes vos esse  
ulatis. Geo: Per Apollinem et Palladem ex-  
mus ipsarum. Iu: Ideo me copulari sene nunc  
timini, respondeteque quae quaeram. Bar: Re-  
suta, ad ignota obicebi. Iu: Festis die-  
bus.



bus quid gentilibus olim erat negocij à meridie, sacer-  
deorum peractis. Ge: Per tenebras scio, & Andabat-  
rum more. A praeceptore quondam me audiuisse reco-  
dor, quod in agris, in viarum compitis conueniebant  
ibidemq; mutuis verbis in se per vices inuehebant  
curribus stantes. Iu: Vere dicis, quisq; alteri sua, si quae  
habuit, scelera obiecit & aperuit. An: Non aegre fer-  
bat cui conuitiabatur: Iu: Viciatus rursus in suum con-  
uitiatorem dicebat, ut canis morsu petitus remorde-  
solet. Geo: Spectaculum, me Hercule, iucundum fu-  
it visu & auditu. Iu: Sic & vos adolescentuli exerce-  
re ingenia deberetis, ut vnus alium nunc laudaret, nunc  
vero increpando lederet. Bar: Amicitia mox tur-  
peretur. Iu: Praedicendum esset, ut alteri  
boni consuleret verba. Geor: Quid si eorum, &  
vnus alterum suis posset depingere coloribus. Iu:  
Istud effragito sedulo, vnus auspiciam sumat. Geor:  
Cuculi progeniei te esse credo per Herculem, pusillum  
namq; corpore es, sed voce magna & virili, canis  
instar bouis. Itaq; miror quomodo in tam paruo cor-  
pusculo tuo tanta vis spiritus resideat. Bar: Tu con-  
eponum, qui manticam à tergo non vident, aliena non  
sua cernunt vitia, sic tu me pusillum corpore arguis  
cum tu quolibet pygmeo minor sis, gressu tamen super-  
bo, rubea tunica, Thyara preciosa incedens alium &  
Herculem te putas, ac nuper Hannibalem te esse asse-  
rabas, cum ne musculum fugare posses. Ant: En tu Mar-  
tine ades? vocaris tu Martinus, vbi equus tuus, vbi ni-  
per insidebas? Quis es tu? ambulas nunc pedibus? ab equo

non



n ad asinum, sed terrana transcendisti. Mar: Tu  
sute ridere sine, tu trium teruntiorum homo, tu  
milio, tu lerna malorum, tu morionum hospes stul-  
tiaq; domicilium. Iu: Abunde ingenia ostendistis,  
unc bibite, tum demum regrediemini domum. Ma:  
lbibimus, tu gratiam habe.

### CONVIVIUM LAUDATORIUM.

Demosthenes, Hospes, Gerardus, Theoderi-  
cus, Kilianus, Vilhelmus,  
Coniua.

Coniua vos volo à meridie. The: A meridie cur  
non prandis hora? De lauta mihi non est culina,  
ad mar... naq; arancarum telis, non pinguibus  
... Per superos, bellus homo es, vocare  
... os, non famelicos, facillimum tum  
st sine impendio coniuatore esse. De: Coniuuium  
pparabo merendinarium, quod, à meridie loco cibi  
merendinarij agitur inter homines. Kil: Quid nobis  
munere dabis? De: Satis cereuisia & edulij nonnihil,  
quo bibendi excitetur cupiditas. Vi: Ad quam venie-  
mus horam? De: Circiter primam, neq; diutius mora-  
mini. The: Aderimus in ipso sono primæ horæ. De:  
Rogo, in tempore huc pedes ferte, agemus palestram  
quandam literariam. Kil: Post sublatum prandium  
huc feremus pedes. De: Postremum occupabit scabies.  
Ge: Ratum sit quod loqueris, postremus qui venerit  
malo afficietur, domum iam pransuri ibimus. De:  
Discedite, propediem huc remigrate. Vil: Salue De-  
mosthe-



mosthenes orator eloquentissime hic aduenimus omnes,  
quid nunc nostra tibi conferet presentia? De: In  
amoenissimo meo horto apud domos posticum situm sub  
arboribus compotabimus & una nugabimur. Kil:  
In nobis mora non erit. De: Serue, adhortum fer potum,  
cerenysiam scilicet, preciosiorem, & bolum unum  
aut alterum carnis. Ser: Praestabo effectum. De: Me  
comitamini in horti amenitatem. Ge: Paribus se-  
quemur, passibus. De: Hortulum hunc in delicijs  
meis habeo, estq; tacitum delectamentum meum. Vil:  
Est iucundissimus locus. De: Sub hanc arborem se-  
debimus quiescentes, & de hoc potu exigui valoris  
sitim curabimus, praebibo cuiuslibet vestrum calicem  
hunc. Kil: Salutem tibi ferat bibenti. De: Congarrie-  
mus, postquam quisq; calicem istum ebiberit. Ge: Bi-  
bimus nunc ordine omnes, quid iam tibi placet. De:  
Exercitij, ne aliquid indies habetis, quo studium ve-  
strum corroboretur, magisq; grandescat in vobis pro-  
fectus scientiae? Vil: Nil nisi epistolas scribimus. De:  
Exercitatio quadam est, qua nihil iuuentuti uti-  
lius. Ger: Quae illa est? De: Quod atate sibi parem  
vel peritia puerum modo vituperet, modo laudet.  
Kil: Eam artem vituperandi vel laudandi vbi disce-  
remus? De: In Rhetorica, quam vestra indoles non  
sufficit capere, vel uti ipsa. Sed alium laudare vel vi-  
tuperare ingenij exercendi gratia ante artem cognitam  
etiam & laudis & honoris est. Vil: Laudaturus alium  
auspicium unde sumat? De: A corpore, a genere vel  
progenie, a fortuna dotibus & scientia, probitate vel

L

mo-



moribus, Edite buccellas aliquot & bibite, tum vicissim vos laudabitis. Ge: Ipse glaciem secabo, Bellus tu homo es Theodorice candidis capillis, modesto vultu, gressu testudineo, facie alba, ingenio fecundo, parentibusq; opulentis. The: Te me fricantem refricabo, quod mihi das laudis omne id tibi competit. Pulcher es adolescens, flava coma, honesto aspectu, gradu egregio. Minerva fertilis, & maioribus divitiis prognatus. Kil: O Vilhelme audi à me tui præconium, parentibus percepi te ortum præclaris, scioq; non sterili esse indole; statura non deformi, scientia non contemnenda, assiduusq; es librorum lector. Vil: Et tu albæ gallinæ es filius, neq; infelici ingenio, corporis habitu decoro, ut nihil supra. De: In laudando alium, semper illud Plinij in mente habete, Hoc ipsum esse amantis, non nimium laudare.

#### CONVIVIVM DECLAMATORIUM.

Padagogus hospes, Ioannes, Hermannus, Albertus, Iacobus convivæ, Servus.

**H**odie dies est, quo à lectionibus feriari est receptum. Io: Noscimus, quid deinde? Pæ: Scitis etiam quid sit ociari à lectionibus gymnasij? vel quid sit agendum, dum à scolæ negotijs est libertas? Her: Tum ludendum est in campo, pila vel globo per annulum ferreum, vel cursu, vel palestra dimicatoria, aut colluctando. Pæ: Scopum nondum tetigisti, toto aberas cælo. Io: Eo modo tamen feriæ literariæ à nobis hactenus nostrisq; maioribus, dum literas didicerunt, peractæ sunt.



m vi-  
Bellus  
o vul-  
do, pa-  
ricabo,  
pulcher  
u egre-  
rogna-  
arenti-  
ili esse  
ontem-  
tu albæ  
habitu  
sem-  
aman-

M.  
L.

recep-  
tis eti-  
quid  
r: Tum  
nulum  
t collu-  
ras cæ-  
etenus  
peracta  
sunt.

sunt. Pæ: Istud nihil aliud est, quàm uocatione à gymna-  
sio abuti. A prandio huc me accedite, erudiam vos adho-  
rulam vnã, quid sit vacare à librorum lectionibus, &  
quomodo ferias scholasticas commodè collocare poterit-  
is. Al: Aduenimus prandij peracta fabula. Pæ: Hic  
vos operiar, in tempore facite adsitis. Io: Certe reuerte-  
mur propediem. Pæ: Magnæ fidei adolescentes vos nunc  
video, quod promissos aduentus re exequimini. Asside-  
te, nonnihil potus afferri faciam, quo linguas irrigem-  
us promptius ut loquamur. Her: Nostri gratia ne  
assis impendium facias. Pæ: Serue aliquid vini prome  
& affer. Ser: Expediam quàm rectissime. Pæ: Cupitis  
nunc audire quid sit ociari à lectionibus gymnasij? Her:  
Anhelamus cupide. Pæ: Post haustum hunc factum,  
eloquar. Hoc poculo vestros aduentus excipio. Io:  
Gratiani habemus. Pæ: Bibat & quisq; vestrum,  
Nunc quæ pollicitus sum præstabo. A schola quoties-  
cunq; feriamini, hoc exercitij habeatis. Ia: Quod  
genus? Pæ: Audita ruminetis & breuiusculum ora-  
tionem quandam concinnate, in rei vel personæ cuiuspi-  
am laudem vel vituperium, quod declamitare olim  
uocitabant. Ia: Nescimus qua arte declamationes con-  
ficiemus. Pæ: Rudem & impolitam orationem con-  
nectite, quo ad artem didiceritis. Vnicam à me accipite  
declamationem in literarum laudem. Literæ, id est, sci-  
entiæ nobilissimæ sunt, neq; unquam satis laudatæ neq;  
laudari ut dignæ sunt à quoquam possunt, multum namq;  
boni & frugis afferunt, per ipsas posteritati gesta in-  
dicantur temporum peractorum, per ipsas virtutes,

L2

foeli



felicitas, magistratus, honores, laudes dantur & accumulatur, facilius quam per opes, ipsæ semel adeptæ, nunquam neq; in vita, neq; post funera decorare aut ornare cessant habentem. Dixi. Ioh: Periculum & ipse faciam, commendaturus virtutes. Pæ: Age facito, ingenio utere tuo felicissimo. Ioh: Virtus res est ardua maxime, difficilisq; acquisitu, tandem adeptæ, felicissimum reddit, omnia quibus egemus præstat, nam illi nihil deesse dixerunt scriptores, quem penes esset virtus, virtus omnia in se habet, virtus ad sidera vehit, vicium ad ima tartara mittit. Dixi. Pæ: Bibite nunc omnes, ordinæ quisq; calicem excitet. Her: In harenam & ego descendam, prudentiæ præconium dicturus. Prudentia virtutum omnium nobilissima, in cognitione rerum consistit, qua cognitione nihil est homini honestius, scire laudabile, nescire viciosissimum est. Vir prudens rerum peritus, uno minor est Ioue, Inquit Poëta, ignorans à caudice differt nihil. Dixi. Pæ: Calicem quem meritus es, bibe, ceterisq; præbibe. Al: Palestram ineam & ego liberalitatis Encomion prolaturus, Liberalitas ea virtus est, quæ humanum pium & benignum esse docet hominem, datq; ubi dandum est, seruat ubi retinendum est, sua non prodigere, neq; tenacem esse, ut est Euclio Plautinus. Dixi. Pæ: Bibe poculum quod meritus es, & alijs propina. Sic vestra ocia transigite, tum ineruditos euadetis viros. Ioh: Curabimus, tu vale & gratiam habe.

CON-



CONIUIVIUM RECONCILIATIONIS.

torium.

Hosp. Arnoldus Henricus inimici inuicem.  
cen. us, Craeto Reconciliatores.

**V**T sic rixamini inuicem canum more, nihil vos pudet? Hen: Iste malorum lerna, suis semper verbis me insectatur malis, nequeo ipsi obuius fieri, vel adesse, quin aliqua iniuria me persequatur. Ar: Tu me tuis dictis semper laceras, rodisque ossa caniculi, prae dicit tibi, ut mordere & deferre apud alios me cesses, ut clauum clauo trudem quod senties cum magno malo. Hen: Ah, tu pigmeo minor, quid narras? Lentaculi vice quod est esurienti, id tu mihi esses, si ad pugnos ventum fuerit. Ar: Sim pomilio quantumuis pusillus, tamen a te, ut inter simias asinas tractari nolo; neque pessundari. Cra: Huiusmodi silete verba; istas lites componite, longe praestat pax & concordia, quam simultas & discordia. Hen: Tranquillus & quietus esse vellem, nihilque secum aut conuictus aut commertij habere, sed liber ab ipso fieri nequeo, insequitur me passim, ut umbra corpus, succuli que scropham. Ar: Tuo consortio carebo facillime. Ho: Taceat vobis, scio quid faciemus quo vos conciliatos reddemus. Hen: Quid? exprime. Ho: Compotatiunculam ad cereuisiae pocula agemus, tum inter potandum vestris animis discutiemur rancorem illum mutuuum. Hen: Labet mihi, diuersorium istud cereuisiarum in-



tremus, sequimini vos belli belluones poculorum. Ho:  
Domi nostræ in umbra sedebimus tranquillius, se-  
curius & iucundius. Cra: Præstat suis interesse pæ-  
natibus quam alienis. Hen: Potus feratur abunde  
tum calculum & romnem impendij faciemus. Ia: Ad-  
sint & potoria pocula. Ho: Afferentur modo. Ia: Pro-  
spera sit cereuisia bibentibus. Ho: Et tibi afferenti. Cra:  
Vos duo hæctenus inuidiosi inuicem, & mutuo, po-  
culum exhaurite in foelicem vestræ concordia euen-  
tum. Hen: Bibam vbi siti laborauero. Cra: Arnolde  
tibi propino. Ar: Commode & fortunâte bibas. Ias:  
Vinum biberemus, id conuenit reconciliationi. Hen:  
Duc mensuræ vini ferantur, alteram ipse exoluam.  
Ar: Alterius sumptum ipse dabo. Ho: Ilatum vinum,  
ego calices vitreos eluam. Ia: Hic vinum affero, sit  
foelix fortunatumq; de ipso potantibus. Cra: Nunc ani-  
mi prius mutua inuidia turgescentes immutabuntur.  
Hos: Heus tu Henrice, vt ita obstipato sedes capite,  
hanc vini pateram propino tibi integram. Hen: Accipi-  
am lubens, postquam ad fundum fuerit exhausta. Ho:  
Viden? exorpsi. Hen: Video, & mihi nunc repleas ipsam.  
Ho: Faciam. En: tibi, ipsam funditus imbibas. Hen:  
Istud leuissimum mihi factum erit. Ia: Arnolde vt files?  
fac à te haustum propinatum accipiam. Ar: Hoc pocu-  
lum vini tibi præbibo. Ia: Faustum sit tibi opto. Ar: Bi-  
bendo fac respondeas. Ia: Faciam actutum. Ho: Feruent  
adhuc animi vestri odio mutuo? Hen: Nequaquam. Ho:  
Vriq; calicem vini præbibo; quo discordiam in concor-  
diam mutetis. Hen: Fiet, tu bibe. Ho: Euacuauit, nunc  
par-

par  
He  
stia  
Ar  
cor  
Pl  
dis  
Me  
red  
ipse  
qua

V  
ibi  
mi  
ru  
Gn  
cu  
om  
&  
res  
bu  
tre  
stia



Ho:  
se-  
e pæ-  
bunde  
: Ad-  
: Pro-  
i. Cra:  
o, po-  
euen-  
Arnolde  
Ias:  
Hen:  
oluam.  
vnum,  
ero, sit  
ne ani-  
untur.  
capite,  
Accipi-  
a. Ho:  
ipsam.  
Hen:  
t files?  
c pocu-  
Ar: Bi-  
eruent  
m. Ho:  
concor-  
i, nunc  
par-

partite inter vos calicem illum medium quisq; epotet.  
Hen: Arnolde medium tibi propino. Ar: Sit fœlix fau-  
stumq;. Hen: Medium bibi, nunc tu ad fundum epota.  
Ar: Faciam, viden? Cra: Consertis manibus nunc dis-  
cordiam deuouete, concordetq; vos victuros promittite.  
Placet istud vtriq;? Hen: Arridet mihi. Ar: Et mihi  
displicet minime. Cra: Ista sancita est reconciliatio. Hen:  
Miror qui fiat, quod ad vini calices homines in mutuam  
redire gratiam solent. Cra: Deus vini habetur Bacchus  
ipse, qui aliquando dicitur Lyeus, à Lyeo, id est, soluo,  
quia vinum tristitiam & inuidiam soluit.

### CONVIVIUM HISTRIONVM

sue parasiticum.

Nero hospes, Buttubatta, Gnato,  
Curculio.

**V**Nde proditis vos rudes, tremuli, pannosi, ala-  
cresq; animis Histriones? But: E foro. Ne: Quid  
ibi quaestus estis adepti? But: Lucri prorsus nihil, ho-  
mines nunc sapiunt, Solones, tertiumq; Catonem præ se fe-  
runt. Ne: Non plus vestris capiuntur gesticulationibus?  
Gna: Afferunt mimorum se sat domi habere, se ipsos vt-  
cunq; Histrionice gestus exhibere. Ne: Vertuntur nunc  
omnia vt quæ prius in delitijs sunt habita, nunc iaceant,  
& nihil ducantur. Cur: Timemus quod esuriendo ad-  
restim nobis res veniet, quum victum solitum denega-  
bunt homines. Ne: Animos non despondete, ipse solus vos  
tres integri anni curriculo adhuc pascam, ab alijs de-  
stituti si fueritis. Bu: Grati erimus domino regi nostro



unico praesidio. Ne: Estis famelici, libet ne cibum in-  
gurgitare? Gna: Per Herculem, per omnes Deos pa-  
tellarios esurimus acerbissime. Ne: Pingue hic sumen,  
pinguiaq; exta edite, deuorateq; igne & uino calidos  
vos facite. Bu: O nostrum praesidium & unicum asy-  
lum, tu ille nobis es Iuppiter, id est, iuuans pater, ille  
nobis es deus tutelarum tutaris nos a saeva stomachi ty-  
rannide, scilicet fame. Ne: Deus uester ero, adiutor  
& alumnus, si ea quae interrogauero mihi responde-  
ritis. Gna: Ad uerba quaecunq; uolueris, dicemus no-  
bis comperta. Ne: Quae populi de me est sermo, ue-  
rum audire delector, uerum mihi dicite, de me quae  
fertur uulgo sententia? Bu: Passim ad astra referunt,  
pium, benignum, aequum, prudentem, diuitem, poten-  
tem, omnium horarum hominem te esse dicunt, & qui  
possit aqua discernere lance, quid distent aera lupinis.  
Ne: O lepidi Histriones, ob istud nuncium tritis uos  
donabo lacernis, calidoq; sumine. Gna: Quae diximus  
ex oraculo sumus locuti, ita nos patellarij iuuent dii  
nostri. Ne: Vos semper iure feci plurimi, uestrum  
genus semper, credidi mundo utilissimum, hominibusq;  
diuinitus datum esse. Bu: Non facile quis dixerit  
laudem & Encomium nostri albi. Nos nominum su-  
mus solamina, nos solatia, maestorum consolatores, ve-  
ri assertores. Sine nobis, uino & mulieribus hilares  
esse nequeunt mortales. Imo nos etiam nostris solis fa-  
cetijs alacres facimus. Natura nobis est semper lata,  
semper aqua serena non nubila mens ut ceteris ho-  
minibus seueris maerorem saepe aduehens. Ne: Sed agite  
quem



um in-  
eos pa-  
sumen,  
calidos  
um asy-  
er, ille  
ichi ty-  
adiutor  
sponde-  
nus no-  
no, ve-  
ne qua  
ferunt,  
poten-  
& qui  
lupinis.  
tis vos  
iximus  
ient dij  
estrum  
inibusq;  
dixerit  
um su-  
es, ve-  
hilares  
olis fa-  
r leta,  
eris ho-  
ed agite  
quem

quem vos me facitis? Gna: Imo longe maiorem nos te  
ad astra ferimus, te Deum facimus, & si quid est Deo  
maius, multus est nobis in ore rex Nero, rex liberalissi-  
mus. Ne: Verbis istis semper apud me comeatum,  
dapilesq; lances, tritasq; luternas in promptu reperie-  
tis semper. But: Gratia sit domino regi de presenti-  
bus patinis, futura dum accipiemus, etiam pares gra-  
tias habebimus. Ne: At quales in plebeiorum pœna-  
tibus vos geritis? But: In ades admissi, culinas pati-  
nasq; lautas petimus, illas exedimus, linguimus, lam-  
bimus, rodimus. Damnosum sumus patinis & culinis, nu-  
damus homines argento, dapibus & esca. Ne: Pocula  
non efflagitatis? Gna: Hirundines sumus poculorum, bi-  
bere non desinimus, quo ad guttula restat. Nos Vulcani  
sumus filij quicquid tangimus, comburimus & consu-  
mimus. Ne: Approbat ne vulgus album vestrum. Cur:  
Nobis calculum adijcit album dicens oportere versu-  
tum esse, ac rota est figularis, nullumq; hominem esse  
frugi quin bene & male facere sciat ut nos. Ne: Nun-  
quam ad verbera vobis res venit? But: Creberrime  
olmeis pigmentis nobis pellis ungitur, verum ad  
pugnos induratum cutem habemus. Ne: Pelles vestras  
istis meis poculis iam farcite & patinis, tum minus  
ferire ipsum dolebit vobis.

### CONVIVIVM NUGATORIVM.

Salibus & nugis recensendis certant.

Hospes, Poëta, Somniator, Conuiuia,  
Seruus, Nugo.

L5

Bo-



**B**onem mactavi domi, ad intestina comedenda, ro-  
go; sitis mihi conuiuia vos quinq. Nu: Plures no-  
strum sunt gratiam habe in aliam vicem. Ho: Plus car-  
nis & intestinorum mihi est, quam vos deuorare pote-  
ritis. Po: Attamen incommodum est, tantus conuiuia-  
rum coetus. Ho: Minime gentium. Raucida mihi fiet ho-  
uem intestina sine conuiuio, solus sum cum solo famulo,  
omnia nequimus deuorare nam vultures no sumus. Som:  
Tum fac pateant aedes, intrabimus tecum, visuri quo-  
nos excipere velis. Hos: Felicibus auibus limen trans-  
cendite. Gratulor vobis felices aduentus in domicilio  
meo. Nu: Felix sit & tibi ac comoda hac habitatio.  
Ho: Serue promptuarium refera, carnes testas depro-  
me, cereuisiam praebere & calices, quaeq; conuiuio apta  
conueniunt ministra. Se: Claues promptuarij praebe,  
occlusum est. Ho: Velox redi. Nu: Festinare tan-  
topere haud opus est. Expectabimus facillime, fa-  
me non premimur. Ho: Quid tum, aliquem tamen  
in stomacho habebitis locum bolis aliquot. Tu serue  
vnum aut alterum intestinorum veru ad prunas tor-  
res. Ser: Exequar. Ho: Vos interim de his carnibus  
sumite. Nu: Fiet. Ho: Ipse exemplo vobis ero, prius  
in quadram bucellam de crependo. Po: Age tum fene-  
stram edendi & nobis aperies, vt hospitis est munus.  
Ho: Vinum hoc pitisate; palatis sapiet. So: Propino  
tibi. Ho: Bibas prospere. So: Certe nobile est, & cum  
quolibet alio sapore certaret. Ho: Tale est, vt ad egeno-  
rum mensam bibitur. So: Et acre & suaue est. Ho: Exta  
illa calida dum feruent, edite, frigida insipida fiunt.

• Po:

Po:  
estis  
dare  
vxo  
bibe  
ride  
nug  
aru  
vet  
scit  
vt  
ne  
Eu  
tum  
Aue  
inue  
amp  
gens  
pula  
imp  
Aue  
tica  
trist  
Ebor  
Post  
tus  
tus  
qua  
fren



la, ro-  
es no-  
is car-  
e pote-  
uiuua-  
ent lo-  
mulo,  
s. Som-  
ri qua  
trans-  
nicilia  
itatio.  
depro-  
o. apta  
præbe,  
e tan-  
fa-  
tamen  
serue  
das tor-  
rnibus  
prius  
fene-  
nunius.  
ropino  
cum  
legeno-  
o: Exta  
fiunt.  
Po:

Po: *Ipsis non parce vtemur. Bo: Ut ita silentes & taciti  
estis? quid in corde voluitis an curam prolium educan-  
darum? Nu: Non, istarum sollicitudinem matribus &  
uxoribus relinquimus. Ho: Sumite animos hilares  
bibendo, quis nobis scomma aliquod recensebit, quo  
ridebimus? tu istud facito, Nugo vocaris, fac &  
nugeris nobis nonnihil. Nu: Scommatum vel faceti-  
arum expers sum, attamen quod scio dicam. Mulieres  
vætula in templo orantes clunibus attrahunt pedes,  
scitis qua gratia? Ho: Ignoramus, tu dicito. Nu: Ideo,  
ut si quid per posticum venti emiserint, non perdant si-  
ne fruge, sed ipso pedes calefaciant, ut plautinus ille  
Euclio, nocte follem ari astringebat, in quem anbeli-  
tum mitteret, & mane ignem cum ipso excitaret. So:  
Audite & me, Somnium hac nocte habui, multum me  
inuenisse auri & argenti lepidamq; nymphæ adiacere me  
amplexanti, at expergiscens sensi felem mihi adesse lin-  
gens maxillas meas, nam madebant ex hesternæ cra-  
pula. Ho: Tu poëticas facetias nobis narra, tum omne  
impendium huius conuiuij immune habebitis. Poë:  
Aures arrigite, versus audietis lepidos in hara poë-  
tica natos, undecim scilicet hos. Dum vina bibo,  
tristari non bene quibo. In haustu primo letor sub pe-  
thoris imo. In cordis fundo letor dum bibo secundo,  
Post tertium potui, vinum mox fit mihi notum. Et po-  
tus quartus lætum reddit atq; facetum. Et potus quin-  
tus lætam mentem facit intus. Dum bibo bis ter, sum  
qualibet arte magister. Potu septeno frons efficitur sine  
freno. Potus bis quartus, mihi sensus tollit & artus.*  
Sed



Sed si plus bibam, Kannen, Top; omnia frangam. Ut  
corpus redimam, Rock, hemmet, omnia vendam. Hos:  
Ridiculi per Herculem sunt & poculis apti versus.  
Poe: Ipsos boni consulite, qualis sum poeta tales &  
dico versus. Hos: Immunes vos omnes iam à symbola  
fecisti. Poe: Gratiam referemus olim.

### CONVIVIVM TABERNARIVM VBI

certo asse & nummis presentibus conui-  
uatur & soluitur.

Tabernarius, Iasperus, Henricus, Maximilia-  
nus, Volfgangus, Georgius, Ar-  
noldus, Viatores.

**I**As: Ho ho, nemo hic prodit, vacant hæ aedes? Ta:  
Quis foris pulsat clamandoq; domum personat.  
Salue hospes tabernariæ. Ta: Et tu. Ias: Et quid lan-  
habes obsonij? dapsilice ne instruxisti focum? nostrum  
hic sex peregre profecti adsunt exitinere fessi, & esu-  
rientes, cibiq; & potus cupidissimi. Ta: Sa: & recon-  
ditum cibi habeo, si vobis æs exoluendi suppeti. Hen:  
Bonorum satis habemus, pecuniasq; Cræsi & Crassi  
æquamus opulentia. Ta: Isti assidete mensæ; fercula  
iam afferri faciam, quiescite interim. Ma: Faciemus,  
ac tu festina, acerrima nobis fames est, qualem ab in-  
cunabilis habuimus nunquam. Ta: Morbo isti mede-  
bor pulcherrimè: i perna voragine ventris far-  
cite, mox lautiore nas afferam, sei je-  
crate prius. Vol: Ben. Hen: Dominus. Vol: Chri-  
stus dei filius, salutis nancæ autor & conseruator, ta-  
ber-



m. Ve  
Hos:  
versus.  
les &  
ymbola  
  
VBI  
  
a-  
  
? Ta:  
  
id lau  
ostrum  
& esu-  
recon-  
Hen:  
Crassi  
fercula  
nemus,  
n ab in-  
mede-  
ris far-  
e-  
u. Bri-  
tor, ta-  
ber-

bernarium hoc prandium benedictum reddat.  
Hen: Amen. Vol: Nunc edemus ipse morari nequeo.  
Tas: Ede, non morabimur, quin et nos cibum sume-  
mus. Arn: Durus est & admodum salsa caro ista. Max:  
P: Salsedinem pelle. Arn: Cambertum medium ebi-  
tam. T: Tum ad fundum ipse exorabo. Ge: Heus  
us hospes, cerevisia plus prome hac vota est. Ta: Ab-  
unde cerevisiam afferam, placet ne & vinum? Max:  
Vtiq, quanto preciosius fuerit, tanto ipso plus delecta-  
bimur. Ta: Hic vinum affero nectarium, nectarium coele-  
stium deorum ne lacrimam unguem cedens, eo hilares vos  
reddite. Ias: Facimus, alia obsonia praebe, assi si quid  
habes, elixis non oblectamur. Ta: Sunt mihi capi duo  
illaridati & anser in veru adhuc calidi, de ipsis quid  
afferam? dicite, utrum anserem an capis palata plus  
gaudeant vestra. Ias: Anserem, capis tibi serues.  
Ta: Accipite eum, pinguem, & adipe multo, si tener  
vitulus esset. Hen: Ho, ho, sodales optimi lassitudinem  
itinere longo contractam nunc curate, idimus in  
caelum. Max: Praebibo tibi, guttur meum onstringit  
anserina ista caro. Ias: Ex postico anseris edas. Vol:  
Oletum iam capior magis, quam si viveret. Ta:  
O vos conuiuere, ut nunc stomachis valetis, est ne  
factum melius. Ma: Longe praestantius intestina nunc  
vigent, quandum adueniebamus. Ias: Hospes propino  
tibi. Ta: Profit, bibere nondum cupio impransus sum,  
bibite vos basilice, ipse impendiorum immemor non  
ero. Ge: L. tuorum obsoniorum non obliuiscemur.  
Ta: Istud decet ad mensam. Hic caseum accipite, qui  
ad-



aduenarum hic solet esse terror. Max: Nos perterrescet minime, sat æris habemus, unde symbolum pendemus. Ta: Edite de ipso vel butyro quantum lubet. Ia: Tolle mensam hospes, satedimus, hinc abeundum est. Ta: Non abeundum sed soluendum quisque. In tribus albis symbolum soluet. Vo: Huius tantum. Vixibus valuit tantum. Ta: Vini bibistis multum. Ma: O vos sodales optimi hinc quomodo euademus, quo pendemus symbolum? Ia: Hospites innumerato non habemus, nostra chyrographa tibi debemus, mox exoluturi & è patria tibi æs misuri. Ia: Chyrographa non accipio, nam literarum expertus sum, sed vel pecuniam vel exuias. He: Nunc versum quorundam recorder. Est bona vox, hoc wein/melior, schenck ein/optima, trinck aus. Est mala vox, rechen/pior, bezalen/pessima, den rock aus. Ta: Sit pessimum vel optimum, aut soluite, aut vestes exuite. Ia: Accipe has vestes ad vesperam, vel ad summitum cras repigrahimus & redimemus.

### CONVIVIUM NATALE.

Macrinus natalem diem celebrans, Persius, Castor, Pollux, Coquus conuiuæ, Seruus.

**I**O, io, ò festiuissimum diem, ò candidissimum solem hodiernum, feliciorem integer annus habet nullum. Pe: Vnde tantum hodierni diei Encœmium profers? Ma: Ignorabas hodie mihi esse diem natalem. Pe: Per Herculem non cogitabam, non tum natalicio tuo die nos tuos amicos epulis & mensa excipis? Ma: Vtiq, adsitis meo pran-



terres-  
m pen-  
lubet.  
m dum  
est m  
...  
O vos  
ndemus  
us, no-  
è pa-  
o, nam  
xuias.  
na vox,  
Est ma-  
us. Fa-  
stes ex-  
mmitum  
E.  
m solem  
nullum.  
rs? Ma:  
Hercu-  
nos tuos  
tis meo  
pran-

prandio omnes quatuor, meum diem genialem mecum  
celebretis. Ca: At quantum impendij faciet quisq?  
Ma: Sumptus mihi impendetis, ipse feram omnia,  
crumena mea. Po: Age perplacet, condicimus, non  
opus est nobis scindere penulam. Ca: Vbi conuiuæ vo-  
camur sumus facilimi, ubi ad erogandam pecuniam sur-  
di & auribus mortui. Ma: At natalitjs muneribus me  
ut donetis oportet. Per: Ipsa mittemus lubentissime.  
Ma: Cocco. Sunt ne edulia per coacta? Co: Quando libet  
accubitum ite. Ma: Serue est ne mensa de corata qui-  
bus solet ornari? Ser: Est, & diutissime. Ma: Lauetis  
mei conuiuæ & discumbite. Ca: Prius discumbere tuum  
est ut hospitis. Ma: Benedicite. Per: Dominus. Ma:  
Cunctipotens Deus cæli & terræ dominus, be-  
nignum autor, creator, saluator humanæ cre-  
aturæ, hoc  
natali conuiuio, cibum & potum nobis pransuris salu-  
bria facere velit. Per: Amen. Ma: Nunc epulis negoci-  
um sumite & poculis. Pol: Ociuum non agemus. Ma: Sal-  
suginosam illam carnem vel porcina gustate. Ca: Fiet.  
Ma: Serue ad cyathos sta, videq, ne siccitate hient.  
Ser: Curabo. Ma: Iurulentas fer carnes, his siccis  
non est delitium magnum, quadras alias porrige.  
Ser: Exequi volo. Ma: Carnibus istis iurulentis frui-  
mini quo ad assæ afferentur. Per: Facile est contentum  
esse patina tali poculisq, lapidis. Ma: Genio indulgete,  
Epicuriq, uiuite. Pe: Propino tibi in fœlix auspiciu se-  
quentis anni. Ma: Hodie alium auspicor annu meæ eta-  
tis. Per: Tibi nunc est exordium anni, ut omnibus mor-  
talibus, ipso circumcisionis die. Ma: Assæ carnes fac  
ad



adsint famulae. Fa: Efficiam celerrime. Ma: Orbes  
tolle, aliosq; præpone. Ca: Omen fœlix tibi hoc poculo  
opto ô Macrine. Ma: Et tibi ipsum non sit infœlix.  
Pol: Age bibendo mihi parte feras. Ma: Non differam,  
omnibus vobis ad has tostas carnes præbibo, in gra-  
tiam, quod hoc natali meo die me inuisistis. Cas: Lu-  
bentes fecimus, maiora velimus si inseruire tibi pote-  
rimus. Ma: Decerpite assium ipsum propositum est ut  
edatur, non ut rursus in culinam de feratur. Pol:  
Strenue nostrum agimus munus. Pe: O Macrine hi-  
larem hunc sumas diem, genio assatim indulge, deoq;  
gratias habe, qui hoc die vitæ munere te fungi fe-  
cit & concessit. Ma: Istud hodie feci, facio & quoad  
hic dies præauerit, faciam. Ca: Macrine scis ne? Cur  
miserantur ab amicis, illi cuius est dies nata-  
lis. Ma: Puto quod signum sit amicitias, eo munere  
gaudeant natum esse in mundum eum cui mittant.  
Ca: Ut die circumcisionis donentur xenia, ob noui au-  
spicium anni, ita ipso die natali nato homini. Ma:  
Verisimile est. Ca: Sic res est. Ma: Serue, bellaria ap-  
pone & cyathos aspice an sitiant. Pe: Nunquam vi-  
di calices sitire. Ma: Intelligenti pauca satis faciunt,  
cæco hoc ora exiccate, butyroq; animos si mœrent le-  
nite. Pol: Macrine, præbibo optoq;, fœlix sit tibi dies  
natalis posteraq; ætas. Ma: Commode bibas. Ca: Fac  
deponi dapes, expaciabimur aliquantulum. Ma: Serue  
mensam tolle. Ca: Legamus hymnum. Ma: Deus mi-  
sericors & iustus, qui in hanc lucem nos creauit, cre-  
atosq; pascit sua gratia, benedictus sit in æternum &  
ultra.

Pe  
Tu

F  
vi  
gen  
Iuc  
me  
pon  
sua  
cru  
obse  
em  
mu  
fue  
obse  
Ob  
plit  
bun  
Sax  
qua  
tuo  
rit



Per: Amen. Ma: Boni consulite habita obsonia. Per:  
Tu pro liberalitate ista gratiam habe.

## CONVIVIUM DELICATORVM

palatorum.

Coloniensis, Vestualdus, Thuringius, Saxo,  
Sueuus, Hesus, Francò, Phrysius,  
obsonator.

**H**Eus heus contubernales optimi, quid agemus tem-  
pore hoc licentioso? conuiuabimur ne inuicem?  
viuemus semper Stoicos? nunquam cum Horatio spar-  
gemus iuces, paciaturq; vel inconsulti haberi? Ve:  
Iucundum esset conuiuari, si opulentæ nobis essent cru-  
mena. Co: Ego omnium nostrum nomine nummos ex-  
ponam & sumptum, si post factum calculum quisq; pro  
sua parte mihi reddere promittit. Ve: Pollicemur ad sa-  
crum. Co: Audin tu Obsonator, in conuiuium delicatum  
obsonia mercatum vade, sed cura vt lautissima quæq;  
emas. Ob: Aëris satis si habuero, obsonando accinctissi-  
mus ero. Co: Accipe aureum istum, in quantum opus  
fuerit, obsonijs splendidis impende. Ob: Pellucibiliter  
obsonabo. Co: Redeas Pægaseo gradu, & vorans viam.  
Ob: Obsonatum misi, qui mercabitur nobis edulia am-  
pliter. Thu: Aderit etiam mox? Co: Apud propolas ci-  
bum coctum emet, tum coquendi labore non egemus.  
Sax: At quid obsonij affert? Colo: Iussi vt delicatissima  
quæq; quæreret & mercaretur. Su: Cuius palato? forte  
tuo obsonabit? Co: Quicquid culinaria taberna habue-  
rit opipari & cocti, istud nobis comparabit. Hes: Ad-

M

ueniet



ueniet ne oppido? Co: Dicto citius aderit, nos interim  
mensam sternemus. Fra: En alias redit obsonatur, sub  
pallio ferens nescio quid. Co: Saluus aduenisti obsonator  
noster quid splendidi mercatus es nobis? Ob: Admodum  
calida, nescio an pingua. Hes: Proh carnes affert suil-  
las & vitulinas, quis illis delectatur? porcina est im-  
munda, lepram gignens, vitulina insaluberrima febrem  
pariens morbum, & moros gestire facit. Ob: Mercatus  
sum quæ potui consequi, delectus mihi non erat, alioquin  
hæc non attulissim. Co: Edamus hæc dum desunt splen-  
didiora. Fra: Verè dicis, boni consulenda sunt vitula,  
ubi præciosus laboratur. Hes: Edat igitur quisq; esuri-  
ens, fames ipsi condimentum dabit, quo sapient etiam  
dulcissime. Ob: Aut manus admouete aut solus exedam.  
Sue: Quod mercatus es, ede, nos esurire malumus. Ob:  
Nunc in portu nauigabo, resq; mea in vado erit, cum  
solus hæc deuorare debeo. Thu: Nihil aliud tibi erat  
apud propolas? Ob: Ne My quidem. Co: Bibamus copi-  
osius, & quod in cibo egemus in potu recompensemus.  
Mox domum ibo quasitum piperis aliquid zinzibere  
conditi. Ve: Ipse si in patria essem, haberem quo latran-  
tem stomachum replerem. Hes: Quid? Ve: Patinam fa-  
barum, deinde lendum, deinde pisarum, tum lactis, tum  
pultis, tum olerum, tum raparum. Hæc fercula quibus  
desunt potiuntur crassissima carne porcina. Thu: In  
laribus meis paternis dulce iusculum de halece ederem,  
tabernam potatoriam accedens in sinum sumerem halec  
salsugine erutum, de quo lamberem inter potandum, ut  
sitim acciperem. Fra: O nobilem meam Franconiam, in  
qua



qua vini suavis bibuntur calices, ibidem si essem uiue-  
rem indulgentius. Sa: In Saxonia mea & nobilis ac sa-  
tis crassa cereuisia potatur. Hes: Hesia mea, caprinis  
carnibus abundantissima est, in ipsaq; obsonia pinguia  
& multo iusculo eduntur. Sue: Sueui mei uino &  
nucum copia superbiunt. Phry: Phrysi nostri bityro  
fertilibusq; caseis, nobiles sunt & laudabiles. Fra:  
Quid tu Coloniensis ais? in quo tuam Coloniam effers?  
Co: Opus non est praconio, satis seipsam commendat.  
Fra: Dapes opiparae uobis Coloniensibus nullae sunt aliae  
quam piper rugosum. Co: Ah vos inopes Germaniae  
orientalis vel superioris, vos aquae bibuli. Fra: Si no-  
strates aquam non biberent, diu Rhenus uos occiden-  
tales Germanos submersisset. Ob: Quisq; suam repetet  
domum, nequeo uestris palatis arridentia obsonare,  
nam nimium dissident.

### CONVIVIUM HELLVONEM

poculis sese uurgentium.

Hermannus, Arnoldus, Fratres, Iaspe-  
rus & Georgius.

Sitio affatim, quid consilij praebes mi frater? Ar: Re-  
medium non est aliud magis praesentium siti quam  
epotatio crebra poculorum. Her: Pocula quid inuuant va-  
cua? Ar: Pocula puto non inania, sed potu referta, va-  
cua uasa pocula non merentur dici. Her: Qui hoc? Ar:  
Pocula (ni fallor) dicuntur calices, quasi potum conti-  
nentes vel continentia. Her: Potatū quo nos conferemus?  
Ar: In eas ades ubi conuenire soliti sumus? Her: In iuncun-

M2

duna



dum est duobus solis compotare, si quos haberemus con-  
gerrones siue compotatores? Ar: Forte in ipso domicilio  
cereuisario quosdam inueniemus nostri consortij. Her:  
Accedamus Iasperum veterem nostrum commilitonem.  
Ar: Perplacet, confestim eamus. Her: Heus heus Iaspere  
es ne domi? Ias: Non sum. Her: Non ne te loquentem  
audimus? Ias: Non. Iasperum, sed forte Theologum  
auditis. Her: Ecce obliti per Herculem fuimus istius  
tui cognominis, quid agis? latitas semper. & assides.  
Theologicis tuis libris? Ias: In grammaticis regulis su-  
daui & legi. Quid venitis? quid expetitis? Her: Veni-  
mus curatum cuticulam tecum ad pocula. Ias: Hæc do-  
mus ad algidam dicitur culinam, nihil neq; cibi, neq;  
potus neq; ignis est. Her: Adest cantharus quo potus  
feratur? Ias: Fideliam habemus non stanneum can-  
tharum. Ar: Dulcior est potus ex fictilit. poculo quam  
stanneo. Her: Istud est, quod dixit Agatocles rex, filius  
figuli, qui rex maluit ex vitilibus vasis quam aureis  
bibere. Ias: Hic regione in taberna coquinaria cere-  
uisiam feram, interim expectetis. Her: At redi velox,  
sitimus fortiter & acerbissime. Ias: Hic redeo, felix sit  
cereuisia bibentibus. Ar: Et tibi asserenti non infelix.  
Ias: Hoc poculo ebibendo, aut totum, aut medium con-  
bibemus. Her: Arridet, sit ratum, quod loqueris. Ias:  
Hermanne præbibo tibi integrum poculum. Her: Esto,  
accipio libenter. Ar: En Georgi unde tu proripis? Geor:  
Elaribus meis adsum, visum venio quid hic geratur.  
Her: Hic potatur, genioq; indulgetur. Ge: Istud video.  
Ias: Assideas, sisq; nobis compotor. Ge: Ære careo. Her:  
Præ-



*Prædiuitem habemus conuiuij principem, Iasperum no-*  
*strum tertium Catonem, & octauum sapientum. Ia: Nā-*  
*sunt vestrum nosco, nascuti estis, præter hoc nihil. Ar:*  
*Hui, bibite plenis poculis commilitiones optimi, exem-*  
*plum vobis dabo, calcarq; adde calicem hunc iniurgitan-*  
*do. Ia: Ho, ho, instar vaccæ bibis. Ar: Vsq; adeo sapuit,*  
*desinere, & cassare non potuit. Her: Georgi, tibi propi-*  
*no. Ge: Accipio lubens. Her: Vt desideris tam siccis pala-*  
*tis, calices osculamini, ipsisq; linguas madefacite. Ar:*  
*Non fertabimur. Her: Cereuisiæ plus feras, hæc epota est.*  
*Ia: Asses tres porrigite. Ar: Ad calculum feras, in di-*  
*gressu soluemus. Ia: Sin minus feceritis, vestibus vos*  
*nudabo. Her: Nunc eas ocus. Ia: Fœlix faustaq; sit quam*  
*fero cereuisia bibenti & soluere volenti. Ar: Quid non*  
*esset salubris satis facere recusanti? Ias: Iste non bibat.*  
*Ar: Nunc tanto cupidius bibemus. Hui bibite plenis*  
*buccis sodales optimi, bibite ad iugulum usq;. Ge: Quid*  
*istud conferet? Ar: Multum sanè, quantum quis plus po-*  
*tu madet tanto peritior est, iucundior & hilarior. Ia:*  
*Hermanne hoc te saluto calice. Her: Non obsit, ebibe aut*  
*non suscipiam à te. Ar: Abeundi tempus est, vespera*  
*iminet. Ia: Exoluite prius impendium. Her: Ad Græco-*  
*rum Kalendas. Ia: Memor ero, ubi locus fuerit.*

### CONVIVIUM COMMILITONVM

*literariorum asses suos con-*  
*gerentium.*

*Henricus, Iacobus, Arnoldus, Pe-*  
*trus, Cornelius.*

M<sub>3</sub>

A Me-



**A** Meridie quid operis faciemus? **Ia**: Inscius sum.  
**Hen**: Si me audire velitis, scirem quid facere con-  
ferret. **Ia**: Exprime, audiamus. **Hen**: Utasse cuiusli-  
bet apposito conuiuolium instauraremus, diu non com-  
potauimus. **Ar**: Facile dictu est, sed difficile factu. **Hen**:  
**Qui** hoc? **Ar**: Aere laboramus. **Pe**: Neq; cingulus, neq;  
marsupium, neq; assis minimus est mihi. **Cor**: Et mihi  
assis non est, quo restim emerem. **Hen**: Consilium dabo  
ut nonnihil æris acquiratis. Parentibus vel cognatis  
dicite libellum aliquem albo nummo vos empturos, &  
illum deinde potatuncula insumemus, quisq; non nisi  
vnius albi nummi (ut vulgo dicitur) sumptum faciet.  
**Ia**: Optimum consilium & acceptandum. **Hen**: Quisq;  
illico domum eat, & tantum æris à parentibus vel ami-  
cis petat. **Ia**: Curabimus. **Hen**: At præpeti gratu redite.  
**Pe**: Ibimus, viam vorantes. **Ar**: Redeo, & vot com-  
positus pecuniam affero. **Ia**: Præsto & ego sum à ma-  
tre hoc nummo donatus. **Pe**: Venio ipse quoq;, sed serus,  
quia diu pater nolebat annuere & marsupium laxare.  
**Hen**: Vbi tu tam serus moratus es? quid te detinuit?  
**Co**: Dura ceruix mea nutricis, quæ decies assen in manu  
vertit & reuertit, antequam exponit. **Hen**: Renuerat  
tibi tantillum nummorum? **Co**: Ægre extorsi, & ferme  
lachrimantibus oculis. **Hen**: Velocissime nunc potatum  
eamus, viuamusq; cereuisarij potatores dum nequimus  
bachanalia. **Ia**: Quo concedemus? **Hen**: Ad ædes meas,  
ibi solitudine fruemur potitabimus & io io cantabimus,  
nemine percipiente. Intretis pulcherrimi conbibones  
& commilitones literarij. **Ar**: Æquum est, ut qui  
totis



totis diebus sudantes & laboriosi conſedemus in gym-  
naſio literario, animis triſtibus trementibusq; corpo-  
ribus ob præceptoris ſæuitiam & ferulæ metum,  
ſic & nos ad pocula exhilaremus aliquam. Pe: Decet  
ut qui miſeriarum fuerunt etiam lætitiæ ſint par-  
ticipes. Hen: Quiſq; veſtrum nummos mihi det, ego  
princeps conuiuij ero. Co: Muneris iſtud habeas, ſed fi-  
deliter exequere non aliquid pecuniæ recondas in lo-  
culum. Hen: Potum & triticeum panem mercabor, quo  
ad teruntium habuero ibo iam latum cereuiſiam. Ia:  
Vade & celer redi. Hen: Tardus non ibo. En redeo.  
Potus hic cerere coctus, ſaluti ſit omnibus bibentibus  
ipſum, ſed præbibere eſt meum, tibi propino Arnolde. Ar:  
Accipio libenti animo. Pe: Iacobe, libet ne bibere? Ia:  
Liberet ſi haberem. Pe: Hunc calicem tibi præbibam  
medium. Ia: Id facito, cupio. Pe: Bibe nunc & tu. Ia:  
Aliquid panis triticei da, edere oportet me dum bibo.  
Ar: Et edendo bibere neceſſe eſt, ſi cibum decoquere &  
ingerere debeo. Hen: Cuius eſt bibere? in quo ſiſtit am-  
phora potitet, quo & nos alij potu fruamur. Ia: Vide  
ne deficiat cereuiſia, alioqui pugnos edes, aut verſus  
caput cantharum mittemus. Hen: Non cupio iſtam  
fortunam & commoditatem, ſatis ſuperq; adhuc  
reſtat, vos ſaltem inuicem præhibite. Ia: Corneli, tu  
ſitum potu non comprimis, propino tibi huius calicis  
medium. Co: Salutiferum tibi ſit. Pe: Hoc ebibam,  
tum non ſine fruge ſumptum feci. Hen: Pecuniæ ſuæ  
quem pœnitet, potu ſe conſoletur. Ia: Ipſe ad ſummum  
iugulum me implebo, cogitaboq; nummos, quos à domo



paterna attuli, stomacho & ventri me immisisse. Ar:  
Non falsus erit cogitatus, nam bibuli domum in ventre  
referunt, quod mane extulerunt ædibus in crumena.  
Cor: At abeamus hinc, tempestiuum est. Ia: Fiet.

### CONVIVIUM LUCRI LVSORII.

Albertus, Christianus, Vesselus, Matthias,  
Dionisius, Staphila mulier.

**A**tendite attendite sodales & collusores charissimi,  
vestes induite in tempore, hinc ut discedamus,  
morabimur etiam adhuc horulam in potatoria domo.  
Chri: Agaremus compotatiunculam? rēpetenda mihi  
est domus paterna, alioqui si serus venero, pugnos  
edam. Al: Non annum peragemus bibendo, pedibus in-  
sistendo lucrum ludi consumemus. Ve: Quantupi æris  
dedit victoria? Al: Albos nummos tres. Ma: Nullos  
nigros nummos? Al: Nugas agere incipis. Dio: Eamus  
non diu sistemus pedes, in proximum hic ad portam, ubi  
baculus stramine oblitus extensus est. Ma: Ibidem ve-  
nit cereuisia precio suo respondens. Chri: Es notus mulieri  
vendenti. Ma: Sum, comitamini, ego precedam. Al:  
I præ nos in pedes sequemur. Ma: Heus, heus, nemo  
huc prodit? Staphila ubi lates? Promes nobis cereuisiæ  
mensuram. Sta: Lubentissime, subite tectum, non foris  
ac mendici pedes figite & stetis. Accipite & bibite pro-  
spere. Ma: Tu prius bibas ut dignum est. Sta: Faciam,  
ne incantasse me potum suspicemini. Mat: Minime illud  
timemus. Sta: Ite accubitum mensam, quid pedibus in-  
sistendo biberitis? Al: Æq̄stantes ac sedentes tempus  
prodi-



prodigitis, libet è poculo bibere? Chr: Placet, porrige fi-  
ctile aliquod. Sta: Nunc infundite. Ves: Aegre effundi-  
tur ubi nullus restat potus. Sta: Detis, plus promam.  
Ma: Duas nunc porrexisti mensuras. Sta: Verum est,  
cupitis buccellam panis, quo bibere plus delectet. Al:  
Non, ad parentes eundum & properandum nobis est; ibi  
cœnabimus. Sta: Si placuerit, sponte impartiar vobis.  
Chr: Iuxta gratiam habe, ac si dedisses. Ves: Properè  
abeamus moramur nimium. Mat: Staphila deniur edu-  
ctum potum, deinde discedemus. Dio: Conueniet tertia  
mensura consumpta calculum facere, nam omne trinum  
perfectum est. Sta: Hac tertia sit vobis salutifera. Al:  
Præbibas mihi dulcior est potus post haustum à muliere  
è cantharofactum. Sta: Leporis in me cadauerosa mu-  
liere nihil est, si triginta annis iunior essem. Dio: Non-  
dum usq; adeo annis confecta es, adhuc butyrum (ut  
vulgo prouerbiū est) tuis in labijs liquefceret. Sta:  
Minime per Pollucem, ex senio edentula facta sum, con-  
uenio ad libidinis prurientis titillationem expellendam.  
Al: Tu totum diem transigeres nugamentis, bene ut hinc  
soluamus anchoram. Mat: Propino tibi. Al: Felicitatem  
bibas. Dio: Cæteris propines, ipse exoluam potum. Au-  
dis Staphila, tres cantharos cereuisiæ habuimus, nonne?  
Sta: Verum est. Ma: Nummos tene, quos discessum facie-  
mus. Sta: Ite bonis auibus. Al: Sit tibi nox fœlix &  
fausta. Sta: Vobis quoq; sit fortunata & secunda, quan-  
docunq; fores præteritis meas, huc potatum concedite, si  
præsentes non habueritis nummos, ad fidam cereuisiam  
dabo. Ma: Faciemus. Chr: Quàm callida in suum quæ-  
stum



stum est anus illa, reuocare nos & alicere conatur, quo  
sape potui insumamus nummos apud se. Ves: Superstites  
semitres albos in quid conferamus? Al: In compotatiun-  
culam proximi nostri congressus. Mat: Aedes suas quisq;  
adeat, hinc digrediendum est nobis, prosperam praecor  
vobis, noctem. Dio: Et nos tibi quoq;

### CONVIVIUM VLTIMI DIGRES-

sus, dum discessus monumentum compotatur

Crato, Nicolaus, Fridericus, Laurentius,

Pater discessuri, Puer.

**I**N caenam vos tres volo conuiuas, si integrum vobisq;  
cordi fuerit. Ni: Unde tanta tibi liberalitas? quod  
conuiuas nos vocas, cum soleas esse Plautino Euclyone  
tenacior. Cra: Cum ipso tenacitatem commutavi libera-  
litate. Ni: Qui tam subito? Cra: Cras hinc abibo exula-  
tum peregre. Ni: Forte in literarum emporium profi-  
cisceris. Cra: Istud faciam. Lau: Tum monumento digres-  
sus nos donabis ad hodiernam caenam. Cra: Sic fiet vos  
adsitis, ex-rrigemus frontem genialiter. Ni: Ad veni-  
emus, at quot a hora? Cra: Sexta postquam sonuerit, fa-  
cite, ut domi nostrae sitis. Fri: Curabimus, tu abi, nos in  
tempore sequemur. Cra: Vos fumi venditores dicam,  
si me non muiseritis. Ni: Viri sumus, promissa facto  
exequemur. Fri: Donabimus ne ipsum vino? si commes-  
satum, ipsum adierimus? La: Minime gentium, sui mu-  
neris est, nos tingere poculis & vino, in discessus monu-  
mentum, nostrum vero pensum erit, si quando remigra-  
uerit huc saluus vino excipere ipsum. Ni: Ibimus tum  
ad



ad cœnam ipsum conuentum? Fri: Quid ni? id dede-  
ceret, addixisse ipsi & emanere. La: Quotam sonuit  
horam? Ni: Quintam, & sexta instat. La: Eamus igitur,  
si accincti estis, ne in nobis sit mora. Fri: Properare opus  
non est, licet nos post cœne auspiciū venire. Ni: Fores  
pulsā, aut tintinabulo sonum facito. Cra: En mei com-  
militones, gratum mihi est, quod venistis, desperabam  
de aduentu vestro. Fri: Tales non sumus, qui factis dis-  
sonent à verbis, sed tibi pater est? an ne hic domi? Cra:  
Intus insidet hybernaculo, ingrediemini. Ni: Præeas tu.  
Cra: Sequimini. Pa: Qui adsunt? Cra: Commilitones mei  
aliquot. La: Bonus vesper sit tibi heros. Pa: Et vobis,  
grati sint vestri aduentus. Ni: Gratiam habe, Adu-  
nimus huc exporrectum frontem cum Cratone veteri no-  
stro sodale, qui cras se hinc peregrinaturum alio dixit. Pa:  
Digne fecistis, est mihi acceptum vestrum aduenire, ma-  
nibus aquam accipite, iamiam mensæ accumbemus. Pu-  
er consecra cœnam. Pu: Benedicite. Pa: Dominus. Pu:  
Huius nostræ cœnæ fercula & potus, benedicat & con-  
secret Deus qui sua suauitate nutrit omne viuens, pas-  
cit creaturas omnes, nullum sibi fidentem & iustum dese-  
rit, velit & nos hoc vesperi alere cibo & potu, in animæ  
nostræ salutem & suum honorem. In nomine patris &  
filij & spiritus sancti. Pa: Amen. Nunc discumbite hi-  
larem sumemus hanc cœnam. Ni: Tu discumbe assi-  
debimus. Pa: Hic mihi solet esse sedes. Puer obsonia  
affer. Pu: Adsunt. Pa: Vino reple vitreos calices. Pu:  
Curabo. Pa: Has carnes iussulo elixas edite, mox delica-  
toria dabuntur. Lau: Munus nostrum exequemur belle.  
Pa:



*Pa: Præbibo vobis tribus, quod dignati estis huc veni-  
 re cœnatum ad monumentum discessus filij mei. Ni: Bi-  
 bas fœliciter. Lau: Crato hoc poculo te adorior. Cra: Sus-  
 cipiam ex corde. Fri: Nicolae propino tibi. Ni: Sit com-  
 modo. Pa: Puer tolle hanc patinam, & alia edulia  
 affer. Pu: Porrige. Pa: Assas has frigidas carnes co-  
 medite, quisq; ad suam decerpat quadram. Ni: Crato  
 ut saluus discedas fœliciorq; redeas, hoc vitrum tibi  
 propino. Cra: Commode bibas. Pa: Crato quocunq;  
 veneris vide ut probus fidelis, diligens literarum,  
 fugiens ludi, amans Dei & probitatis sis, nulli quam  
 tibi olim proderit. Cra: Honestissime agam, ne tures mi  
 pater. Pa: Cura, tibi luditur si non fereris. Puer tol-  
 le mesam, & hymnum gratiarum actionis dicas.  
 Pu: De sumpta cœna benedicimus domino. Pa: Deo  
 gratias. Pu: Cuius benignitate pastus sumus, conser-  
 uamur viui & salui, sit benedictus gratiamq; sempi-  
 ternam habeat. Cra: Amen. Pa: Vos adolescentes gra-  
 tiam habete de aduentu. Ni: Et tu de cœna tua. Fri:  
 Præbibo vobis potum gratiarum. Ni: Profit, nunc  
 abeundi tempus est. Crato cras in digressu te alloque-  
 mur. Cra: Sic fiet, iam valete.*

**CONVIVIUM DISCEPTATORIUM**  
 & Literarium.

*Iasperus, Ioannes, Henricus, Marcus,  
 Maximilianus.*

**V**os opulenti, vos locupletissimi, quando è vestris  
 loculis conuiuium aliquod nobis instruetis? Io:  
 Con-



Conuiuari tu semper expetis, si piscis esses viuarium  
omne exorberes, in quo reconditus esses. Ias: Ille potus  
non inuaret me, si quod Hen: Ad conuiuium  
immodiosum sex dabo. Max: Et tan-  
tibi addam. nunc bibemus, & ad  
eorum m. am curabimus. Hen: Hic  
pecuniam mean. im. Ias: Redde & tuam. Max:  
Accipe. Ias: in vinum. Creticum vel vul-  
gare? Max: Qui lgo venditur illius multo plus  
ista mercabitur unia. Ia: Ferendo vinum ab im-  
pendio liber erg. Iax: Triticeos panes aliquot emas,  
unde rodemus & vino perfundemus. Ia: Mosco, securi  
sitis, expediam Hen: I celeri gressu.  
Ia: Hic affero vini m. , quamlibet vi-  
ginti teruntijs. Max: Tu c. de. Ia: Sed nunc  
calicem latori debitum primus corbam. Hen: Bibe &  
praliba, sit ne veneno infectum, tum nos securius &  
audentius bibemus. Ia: Propino tibi. Hen: Sit tibi bo-  
no. Ia: Omnibus bibulis vobis prabibo. Ma: Sit saluti  
tibi poculorum baratro. Hen: Istud conuiuari nihile  
pendo. Ma: Iaspere hoc cyatho te aggrediar. Ia: accipi-  
am grato animo. Agite vos conbibones optimi, hic inter  
pocula literarij aliquid tractemus, ne tempus (vt Plau-  
tus inquit) comburemus sine fruge. Mar: Conueniet  
nam vt Persius ait. Ecce inter pocula quaerunt Ramu-  
li de saturi, quid dia poemata narrent. Ias: Ego disse-  
renda praeponam, vos respondete. Max: Faciemus. Ia  
Vtrum melius esse creditis, doctum esse, & virtute pro-  
ditum vel indoctum & vitijs inquinatum? Max: Lip.



Et tonfores istud dijudicarent, Virtutem & scientiam  
toto coelo prestare vitijs & inscitia. Ias: Causam dici-  
te. Max: Virtus ad aethera vehit, vitia ad manes pra-  
cipitant, Scientia decorat hic in mundo, & post vitam  
hanc lucere facit homines quasi splendor firmamentum,  
indocti digitis extensis exhibilantur, nihilq; a sa-  
pientibus differunt. Ia: Vtrum praeualet pax, & concordia, velis  
& discordia? Hen: Pax, nam nutrit omnia, conseruat  
singula, & res paruas auget, diuinitus mortalibus da-  
ta, Discordia omnia dissipat, conseruat nihil, diabolica  
est, ab imis inferis in mundum missa. Ias: Vtrum lite-  
ratum & inopem esse, vel indoctum & opulentum pra-  
stat? Io: Literas scire & inopem esse. Max: Inopes ta-  
men nequeunt emergerē & passim pessundantur. Io:  
Pauperes & docti ubiq; in viros euadunt, nam artem  
quaeris alit terra. Ias: Ideo sodales dilectissimi quic-  
quid agimus, curemus semper, ut operam literis naua-  
mus, chartis impallescamus, ut olim pedes caeno extra-  
hamus penurias nido extendamus, nostris maioribus aut  
pares fiamus aut praecedamus virtute. Hen: Haecenus  
illa, bibite ordine omnes, discedendum est. Ma: Pro-  
pino tibi. Hen: Libenti animo suscipiam. Ias: Gratiam  
agimus vobis heris & heroibus nostris, de hoc im-  
pendioso conuiuio nobis largito. Hen: Quod feci-  
mus sodalitatis causa, accipite. & gratis.

Ias: Vbi nostrae creuerint opes,  
vices pares red-  
demus.

F I N I S.





H A F N I Æ,  
I M P R E S S I T  
L a u r e n t i u s

*Benedictj.*

1 5 7 6.

